DE SEPTEM CLYPEIS MILITARIBUS

scripsit

Dr. Julius Weiske.

v. p. 31.



LIPSIAE
IN LIBRARIA SERIGIANA
MDCCCXXX.

PRAEFATIO.

Si qui forte mirentur, hunc libellum, qui agit, de patrio instituto, esse latina lingua conscriptum, sic habento, oportuisse eum scribi ea lingua, quae est ad academicos honores capessendos usu recepta. Ceterum singulas juris germanici doctrinas germanica lingua esse tractandas, plane non dubitamus. Ut enim jus Romanorum ad Germanorum instituta male et incommode applicatur, ita illorum lingua cum horum rebus minime congruit. Jurisprudentia, ut inter populum jus reddatur est colenda, hinc jurisconsultis est utendum ea lingua, quam cives usurpant. Si nostra lingua, ut nonnulli rectissime existimant, ad omnes notiones juridicas exprimendas, nondum habetur satis exculta, quod tempore,

quo aliae partes linguae pulchre se formarunt, jus germanicum fere plane est neglectum, quae illi desunt, non latine, sed vernacule scribendo suppleri possunt. — Ea vero, quae in hoc libello minus recte et linguae latinae accommodate sint prolata et quae vitia typographica fortasse irrepserint, velim, ut indulgenter accipiantur. — Ut autem ea, quae de jure germanico privato et publico, de jure feudali et historia patria in hoc libello passim sunt disputata, facile inveniri possint, indicem conficiendum curavimus. — Denique nobis a re non alienum est visum, effigiem septem clyp. mil. secundum celb. codicem picturatum heidelbergensem addere.

J. Weiske.

CONSPECTUS.

DE SEPTEM CLYPEIS MILITARIBUS.

§ I.

INTRODUCTIO.

Accedo ad medii aevi institutum multis sane difficultatibus implicatum. Qui enim de eo scripserunt, inter se dissentiunt adeoque commentum habent, quod nullo tempore apud Germanos receptum fuerit[1]), neque quisquam omni ex parte enucleatum et explicatum proposuit[2]). Quamvis inter gravissima medii aevi instituta ego quoque doctrinam de septem clypeis militaribus non referam, habet tamen, quae aliis lucem afferant et ad nonnullorum fontium juris germanici interpretationem aliquid tribuant[3]). Nostris cum temporibus juris patrii amor et studium, priori aevo proh dolor! quam maxime oppressum, crescere et florere incipiat, age, temporis inge-

nio indulgeamus et nostra ex parte, etsi sint exigua, quae habemus, conferamus[4]).

DE FONTIBUS.

Fontes, e quibus nostra doctrina potissimum est haurienda, sunt hi: 1) SPECULUM SAXONICUM. De ejus aetate haec in parenthesi mihi liceat adjicere. Putant VV. DD. non ante an. 1215. ipsum esse collectum. Quum vero locus (L. 1. a. 3. in fin.), quo, ut illum annum probent, utuntur, in cod. antiquissimo quedlinburg. desit, serius adjectum habeam, et spec. sax. fere viginti annos prius conscriptum opiner, propterea, quod III. a. 59. de principum ecclesiasticorum electione et investitura leguntur, quae sub Ottone IV. a. Friederico II. nequaquam proferri poterant. Illa vero spec. sax. praecepta sunt Friederici I. an. 1167. Bouquet script. gal. XV. p. 694. seqq. Hinc fortasse non ita multo post Friederici I. obitum spec. sax. est collectum; nec alius locus obstat. Ante an. 1180. nullatenus scriptum esse potest, cf. spec. sax. I. a. 25. et c. 1. X. de convers. conjugat. (III. 32.) neque vero post an. 1220. Quae enim in const. Friedr. II. 1220. de proscriptione sancit, in spec. alem. praef. p. 6. obvia quidem sunt, non vero in spec. sax. Annus vero, si nostrae opinioni non faveas, post quem scriptum esse nequit, est 1235; hoc enim Brunswic-Lüneburg ab Ottone Friederico II. feudum oblatum est, id ipsum vero omittit spec. sax. III. a. 62. Errant ergo, qui secundum glossam ad h. t. an. 1218. ultimum habent. Nec an. 1231. propter a. III. 57. ultimus existimari potest; mu-

nus enim pincernae hoc anno a Bohemia in Bavariam translatum esse, nonnullorum chronistarum commentum videtur. (Secut. sum ed. Homeyer).

[2]) JUS FEUDALE SAXONICUM.

[3]) VETUS AUCTOR DE BENEFICIIS.

[4]) CODEX GOERLIZENSIS. Omnibus juris germanici fontibus medii aevi firmatur regula, seriores fontes prioribus plura continere; quam si ad nominatos velis adhiberi, vet. auct. de ben. antiquissimum habere debes. Certe vero et ex hac regula et ex omni indole codex goerliz. versio vet. auct. de benefic. videtur esse. Initium hujus codicis est, ut omnis vet. auct. de ben., versibus, qui in eundem exeunt sonum, scriptum. Inchoavit, ut videtur, et hac ex parte translator versionem originali similem reddere, quod tamen persequi non poterat. Deinde non longe ab initio verba veteris auct. d. b. §. 3. et 4. ita confundit, ut quam maxime versionis naturam sapiant. Ceterum plura occurrunt loca, quae in cod. goerlizensi non deprehendis et vice versa, nec alia desunt, quibus laudd. fontes discrepant.

[5]) SPECULUM ALEMANNICUM. Ipsum in Alemannia esse collectum puto, argumenta vero alio loco et tempore in medium proferam. (Secut. sum ed. Berger.)

[6]) JUS FEUDALE ALEMANNICUM, quod nostra in re gravissimum videtur.

[7]) ORDO JUDICIORUM JURIS FEUDALIS, Richtsteig-Lehnrecht. (Hos omnes fontes perpetuo allegabo secundum: Senckenberg corp. jur. feud.)

[8]) EXAUCTUM SPECULUM SAXONICUM seu DISTINCTIONES SAXONICAE; cf. Gaupp das schlesische Land-

recht 1828. (Secnt. sum ed. in [Boehme] diplomat. Beitr. z. Untersuch. der schlesischen R. u. Gesch.)

Sunt quidem et alii fontes, quos, cum serioris temporis sint, non magni habeo momenti; v. g. codex Ruprecht frising.; suo tamen loco et hos commemorabo. Ex parte huc etiam nostra in doctrina distinctiones saxonicae pertinent.

---

[1]) Ill. Klüber de nobilitate codicillari §. 8. „Ne de commento illo septem clypeorum dicam, quod specula crepant.“ Abeunt et alii in hanc sententiam. Causae, cur ita VV. DD. statuerent, in eo mihi positae videntur esse, quod nostrum institutum vel non intelligebant nec fontes ipsum intellexisse putabant, v. g. Hommel academ. Reden c. IV. §. 54., vel iis, e quibus haurienda est nostra doctrina, in genere fidem non tribuebant. Quod ad hanc attinet causam, fuerunt quidem praecedentibus saeculis, qui illis fontibus, maxime speculis, nullam fidem et auctoritatem largirentur. Quum vero nostris temporibus hac in re neminem fere habeant consentientem, nec mihi de praestantia illorum fontium jam disputandi tempus et locus sit, cf. Gaupp. das alte magdeb. und hallische Recht p. 111—114. hoc argumento, nostrum institutum commentum esse, nullo nobis persuadent pacto. Occurrunt sane quidem in speculis, quae nullam merentur fidem, quippe quae fere omnia factorum historiam narrantia habeam. Ut vero historiarum scriptoribus medii aevi paene tantum in his, quae ipsi viderunt et ab aequalibus gesta acceperunt, fides est habenda, ita, quae in juris fontibus exstant, bene sunt distinguenda. Quodsi vero clyp. mil.

doctrina multis est obruta difficultatibus, inde institutum nunquam viguisse, vel ipsum fontium auctores non intellexisse, minime sequitur. Aliae enim doctrinae, quae illis, ut in aprico est, inprimis notae erant, v. g. praecepta de jure hereditario, de Gewere, iisdem laborant difficultatibus, quae e more illorum auctorum res tractandi et ex temporis ratione nostrae plane aliena descendunt. Hinc lubenter subscribo iis, quae Gebauer in not. ad Schilteri inst. jur. feud. c. 4. §. 4. disserit: „Sunt, qui omnem istam doctrinam (de septem clyp. mil.) antiquis fabulis accensent. Ego in tanto antiquitatis consensu rem esse verissimam opinor, neque tamen id explicatum iri credo, nisi eruta omni nobilitatis germanicae historia." Gebauer hoc loco ad magnum antiquitatis consensum provocat. Adestne? Ego certe dubitavi.

Traditur nobis quidem haec materia in fontibus paulo ante enumeratis. Illi vero fontes ex unico (utrum spec. sax. an vet. auct. de ben. sit, jam non investigemus), fluxerunt, quapropter ex unico fonte hauriendum esset. Deinde alii juris germanici in promptu sunt fontes et quidem ejusdem temporis, qui ne verbulo quidem nostrum commemorant institutum. Idem silentium denique alia medii aevi documenta et maxime historiarum scriptores ut imperii leges, observant. Sed quod ad primum attinet, id cuivis in illis fontibus traditae doctrinae pari modo opprobrium esset, eademque argumenta, quibus alia juris instituta vera habemus, in nostrum faciunt. Etsi saepius vel eadem verba in illis fontibus recurrant, insunt tamen nonnulla, de quibus pro singulari indole diversa praecepta proponunt, ita, ut unus

jure territoriali austriaco Ludewig Reliq. Mss. Tom. IV. pag. 1. nec bavarico J. Heymann opuscula 54. nec alio quidquam nostri instituti inveni. Quamvis das rigische seu livländische Ritterrecht quam plurima e speculo sax. receperit v. Bunge über den Sachsenspiegel als Quelle d. mittl. u. umgearb. livländ. Ritterr. Riga 1827., nostrum tamen institutum ignorat. Partim enim est seriori tempore (an. 1400. circ.) illud jus collectum, partim nostrum institutum illam regionem non tetegit. Aliud denique genus juris fontium sunt civitatum jura (Stadtrechte), quorum plura pro temporis ratione quaedam nobis hac in re suppeditare potuissent. Sed et in his frustra quaeris. Causa in promtu est: tractant enim, quae cives (Bürger) et civium negotia spectant, cum his vero nostra doctrina nihil habet commune. Simili modo silentium documentorum (cujusque generis) et scriptorum rerum historicarum illius aevi declaratur. Res nostra potissimum, ut videtur, in ore dominorum et vasallorum erat nota et usitata, ita, ut minus totius populi, quam ordinis propriam habeam. Ipsius doctrinae enucleationem illis in fontibus nemo desiderabit, sed sunt potius, qui ne mentionem quidem nostri instituti in iis factam esse, mirentur. Idque fieri potuisset ibi, ubi v. g. narrant factum, quod deminutionem clyp. mil. continere videtur. Sed partim ex argumentis jam prolatis, partim eo, quod factum ut in omnium oculos cadit, proponunt, nec ut ita dicam technicum loquendi usum adhibent, silentium illorum fontium nobis non obstare, fluere videtur. Et ut exemplo rem illustrem: qui aliquem in episcopum esse electum pronuntiant, dicunt, eum episc. factum esse, non vero clericum primum in ordinem elatum.

Ceterum vox Heerschild illis in fontibus legitur, sed non ea notione, quam nos in mente habemus cf. §. III. n. 3.

Sed haec jam satis sunto ad dubia, quae moveri poterant, solvenda et refellenda. In ea vero quaestione, num internis ex argumentis nostrum institutum fabulis sit accensendum, non moror. Nam omnis nostra disputatio in eo versatur, ut probemus, omnia sese recte habere.

[2]) Primus nostrum institutum de industria et prospero successu perscrutatus est Schilter in commentariis ad jus feudale alemannicum c. 1., subsistit tamen fere in eo, ut, qui singulos clyp. mil. habent, enarret. Deinde pluribus Diss. res nostra ventilata est, sed minus prospere, dum fere omnes in Schilteri verba, quae saepius excerpebant, jurarent, vel etiam obscuriorem ipsam rem redderent. Plurimis in libris jura feudalia enucleantibus obiter tacta est, nec plura praebuerunt, qui de nobilitate et ministerialibus egerunt. Nostris temporibus ea res peculiari libello non est illustrata, quamvis ea, quae b. Biener de orig. et progr. leg. juriumque germ. P. II. V. II., §. 35. ill. Eichhorn teutsch. Staats- und Rechtsgesch. P. II. §. 294. et alias, aliique dederunt, gratissimo animo sint accipienda. Ceterum omnes, qui hac in re explicanda operam posuerunt scriptores non enumero propterea, quod partim non magni momenti sunt, partim rem modo obiter data occasione proponunt. Ipsos potius fontes adeundos esse duxi. Neque vero hoc antiquitatum germanicarum caput omni ex parte in hocce libello me illustrasse et explanasse glorior, quippe qui eo jam contentus sim,

si viris in hoc literarum genere versatis, rem paullulum saltem promovisse visus fuero.

3) In libello meo: Grundsaetze d. teut. P. R. nach dem Sachsensp. etc. 1826. omnia, quae ad civium ordines et clyp. mil. spectant, omisi. Idque monuit is, qui istum libellum censurae subjecit in Ephemeridd. halenss. Decemb. 1826. N. 298., quamquam benignius, quam equidem exspectaveram, de eo iudicavit. Ista nunc supplere in animo est.

4) Plura sane Germanorum antiquiora instituta speciem inhumanitatis prae se ferunt, plura temporibus et rebus maxime mutatis, nostro aevo inutilia facta sunt. Ad horum studium, ut videamus, quae ante nos fuerint et quae hodiernis fundamento sint institutis; atque ut populi cultum legibus et consuetudinibus optime cognoscendum perscrutemur, accedimus. Sed in *Germania* multa alia e priori tempore restant juris praecepta, quae et hodie maxime singulis in patriae partibus observantur et simplicitate, aequitate, probitate et humanitate mirifice se commendant, quas quidem virtutes in legibus romanis et hodiernis frustra quaeris. Ad illorum vero praeceptorum germanicorum studium, ut serventur in posterum et ut latius propagentur, est accedendum. Hinc inter varios fructus, quos juris germ. studium afferre potest, eum non ultimo loco ponendum arbitror, ut futuri legumlatores exinde non pauca hauriant, quae nostrae aetatis ingenio accomodata et quasi attemperata, in nostrorum hominum emolumentum convertantur.

§. II.

DE VARIIS CLYP. MIL. NOTIONIBUS.

Clypeus mil. est prima notione scutum ante regem expositum ad vasallos lustrandos et jus dicendum [1]), altera, universa vasallorum illuc convenientium multitudo [2]); similiter etiam ii, qui principibus subjecti erant, quum ab his convocabantur, clyp. mil. nuncupabantur. [3]) Ita v. c. abbatis clyp. mil. est universa ejus vasallorum multitudo. Vocabatur ab eo, qui vasallos comparaverat; hinc haec agmina seu clyp. mil. majores nobilioresque vel inferiores humilioresque erant, quo gravior vel minor dignitas in dominuo conspiceretur. Hac mihi via ea clyp. mil. notio enata videtur esse, qua ad diversos vasallorum spectat ordines. Clyp. enim mil. tertio usitatissimo significatu est status seu ordo personarum, quae vero insunt nexui feudali germanico. [4]) Quis vero hoc vel illo clyp. mil. ornatus sit, est et juris civilis (Landrecht) ordinibus et dignitate juris publici et necessitate usuque constitutum; nec numero clyp. mil. subest ratio [5]). Ut vero alicui ad

hunc nexum accedere liceat, seu ut aliquis acquirere et constituere possit feuda, quaedam requisita, facultas feudalis activa et passiva, postulantur. Quae facultas, cum sit conditio sine qua nemo vera habere possit feuda, clyp. mil. saepe haec ipsa facultas exprimitur. Inde ultimo, quem statuimus, significatu clyp. mil. est jus feudale sensu subjectivo. [6])

---

[1]) Germanos scuto exposito iudicasse, probatur fontibus. cf. Leg. salicam T. 48. ab init. „Hoc convenit observare ut thunginus vel centenarius mallum indicet et scutum in illo ipso habeat.“ Haltaus glossar. s. v. Koenigsschild. Maurer Gesch. der altgerman. Gerichtsverf. §. 19. Idem observatur ex Günther. Ligurin. Reuber p. 301. L. II. qui canit:

„Roncaliam properat rapidis attingere castris;
Est locus Italiae modicum seiunctus ab urbe
Cui, quia pulchra situ placet inde Placentia nomen,
Planus et Eridani placido iunctissimus amni
Effundit latos spatioso limine campos;
Hic quoties claram regnator tendit ad urbem
Teutonus Ausoniam sumturus rite coronam,
Ponere castra solet; ligno suspenditur alte
Erecto clypeus, tunc praeco regius omnes
Convocat a dominis feudalia iura tenentes.
Excubias regni prima celebrare fideles
Nocte vetustorum debent ex more parentum.

At quicunque domi, domino nolente, relictus
Defuerit, feudo privari curia censet."

Cf. Otto frising. de reb. gest. Frid. I. Imp. L. II. c. 12. „Est consuetudinis Regum francorum, quae et teutonicorum, ut quotiescunque ad sumendam imperii coronam militem ad transalpizandum coegerint, in campo Roncaliae super Padum mansionem faciant; ibi ligno in altum porrecto scutum suspenditur universorumque equitum agmen feuda habentium ad excubias proxima nocte principi faciendas per curiae praeconem exposcitur." etc. — „Omnes omnium beneficiati, qui sine bona voluntate dominorum suorum domi remanserunt, in feudis condemnantur. Hunc morem principe secuto, non solum laicorum feuda, sed et quorundam episcoporum, id est Hartvici bremensis, et Ulrici halberstatensis, regalia abjudicata fuere." Ille vero clypeus jurisdictionis potius quam aciei, ut ex h. l. apparet, signum erat. Lignum, in quo clypeus erat prorectus in terra, ut videtur, erat positum. Maurer l. l. §. 127. p. 167. Grimm teutsche Rechtsalterthümer 1828. p. 851. 852.

Etsi, quum ad hunc clypeum imperii vasalli convenirent, eum idem atque alias clyp. mil. notare, nullus quidem dubitem, hunc tamen clypeum, ut alii volunt, v. g. Fischer Sitten und Gebr. der Europaeer pag. 91. signum militare, quo acie instructa utebantur Germani, fuisse, non puto. Fuit enim illud (Reichsbanner) inde a tempore Henrici I. sacra hasta, in qua, ut videtur, imperii symbolum, quod sub illo et Ottone I. angelus exstiterat, affigebatur. Wittechind. ann. p. 641. 656. Deinde vero hastae locum occupabat vexillum, in quo inde a Friderici I. aevo aquilam videre licebat.

Haec clyp. mil. notio nobis prior et antiquior quam sequens videtur.

4) De hac clyp. mil. notione inde a glossa usque ad nostra tempora varie sentiebant viri docti, cf. Hommel ac. Red. c. 4. p. 148. et 159. Glossa spec. sax. ad L. III. a. 65. describit clyp. mil. ita: „Das ist seine Wirdigkeit oder stand in der Ritterschaft.“ cf. Gl. a. L. I. a. 3. Glossa ad jus feud. sax. ad. a. 1. „Unterschied der Ritterschaft.“ Haec vero definitio vera esse non potest, propterea quod status militum (Ritter) semper idem erat; eo confusio notionum est orta, quod homines diversae nobilitatis milites fieri poterant; milites pares inter se erant, nec distinguebantur. Alia falsa opinio, cui permulti viri docti, Schilter ad jus feud. alem. c. 1. §. 1. Gundling in Henrico aucupe p. 140. Rink diss. de clyp. rat. hab. in feud. alienand. §. 1. favent, est ea, qua diversos nobilitatis gradus significare clyp. mil. putant. Glossa ad spec. sax. I. a. 3. „Und ist also der Adel in sieben Schilden unterschieden.“ Sed nobilitas germanica illis temporibus una et individua erat. cf. Biener l. l. n. 4. Id bene notandum est, seriore certe tempore nobilitatem (inferiorem) formula: ad clyp. mil. natum esse, exprimi, minime vero diversos nobilitatis ordines clyp. mil. constitui. Commiscebatur enim clyp. mil. cum clypeo, parte insignium (Wappen), et illa formula idem significat atque ad clypeum seu ad clypeum et galeam (zu Schild und Helm) natum esse. Jus feud. alem. c. 3. §. 1. Pax Friederici III a. 1466. Haltaus s. v. Heerschild. „Raeti der die meree Tail zu den Heerschild geboren seyn sollen.“ Richtst. L. R. c. 4. „Er sey dann vollkommen an den Heer-

schilde. — Der hat den Schildt (promiscue ergo hic ut jur. feud. sax. c. 21. Schild et Heerschild usurpatur), des vatter und grossvatter von Ritter arth geboren ist." Adolphi mag. Diplom. c. 1384. „Drey od. fünf unsrer Burgmann zum Schilde geboren." Fasti limburgenses an. 1130. „Dann selbige Schild und Helm — bestehen — in ehelicher Geburt und frommen guten herkunften adelichen Stammes." Glossa spec. sax. ad III. a. 29. „Auch wisse, dass einer seine vier Ahnen erweisen muss, ob ihm sein Herr des herschilts nicht gestaendig ist, das ist, ob er in des heerschilds geburt und ankunft vormeinet." Alii clyp. mil. nonnisi rei militaris ordines esse arbitrantur; Senkenberg de ordinib. exercit. german. Ex parte ingeniose, ex parte non satis stricte, ut et alias, proponit haec Montag Gesch. d. teut. staatsbürg. Freiheit P. II. p. 653. n. f. „Die Aufzaehlung der sieben Heerschilde war mehr eine Organisirung des Ranges im Staate, der meistens kriegerisch war, als eine Dienstordnung im Kriege." Neque ex constitutione exercitus Germanorum institutum clyp. mil. provenit, ut putant Hüllmann Geschichte des Ursprungs der Stände T. II. pag. 291. Stenzel Versuch einer Geschichte d. Kriegsverf. in Teutschl. p. 221., neque ille exercitus e clyp. mil. erat compositus. Haec eo probantur, quod clyp. mil. carentes in illo erant exercitu, quod singuli clyp. mil. participes non erant in illo exercitu, et quod qui secundo pollebant clyp. mil., acie exstructa, ante principes saeculares, quamvis tertio hi clyp. mil. adscripti essent, locum in regula sibi non vindicabant. Alii, maxime Eichhorn, quem saepe sequitur Lindeloff teutsche Reichsgeschichte 1827.

§. 70. b. clyp. mil. divisionem omnium liberorum seu statuum existimant. Eichhorn T. St. u. R. G. §. 294. „Die Abtheilung aller Freien in sieben Classen oder Heerschilde. Ejusd. Einleit. in das t. Pr. §. 56. „Reichsheerschild — nach welchem die verschiedenen Abstufungen der Stände bezeichnet wurden." Haec sententia, quamvis sine dubitatione verior est quam praecedentes opiniones, eo tamen mihi restringenda videtur esse, ut clyp. mil. non sint divisio omnium liberorum, sed modo eorum, qui recta feuda habebant. Id enim maxime spectandum est, divisionem in clyp. mil. non esse juris civilis, sed juris feudalis; quid? quod ex jure civili omnes liberi in tres ordines distinguebantur. Quodsi essent nostri ordines juris civilis, ipsis generationis coaequalitas (Ebenbürtigkeit) consisteret, cujus vero rei ne vestigium quidem habemus. Hinc clyp. mil. acquisito, non jus civile, sed feudale tribuitur; spec. sax. I. a. 26. (Episcopi et abbatissae) „lantrecht ne irwervet se aver dar mede (clyp. mil.) nicht." Hinc mutato clyp. mil. non mutatur jus civile; spec. sax. III. a. 65. §. 2. „Wirt en man sines genoten man, sine bord noch sin lantrecht ne hevet he nicht gekrenket dar mede, sinen herschilt hevet he aver genedert." Hinc denique amisso clyp. mil., non amittitur jus civile; spec. sax. I. a. 25. §. 4. Quum ergo secundum jus civile civium ordines adsint, clyp. mil. non id spectare possunt, sed aliud civitatis institutum, quod est institutum feudale. W. F. Kopp Bilder und Schriften der Vorzeit P. I. obs. 1. §. 6. p. 22. „Weil nun die bekannten sieben Heerschilde wohl auf das Lehnswesen, aber auf den statum libertatis nicht die mindeste Beziehung hatten," etc. Sydow Darstell.

d. Erbrechts d. Sachsensp. 1828. p. 11. n 35. Clyp. mil. ergo nec ad divisionem militum, nec nobilitatis, nec liberorum pertinentibus, quod tum restat in civitate institutum, nisi feudale? Ad omnia simul respicit Möller distinct. feud. c. IV. d. q. — Etsi nostram sententiam omni probare studuimus libello, hic tamen pauca adjiciamus. Jus feud. sax. et alem. et vet. auct. de benef. doctrina de clyp. mil. jus incipiunt feudale; omnes juris civilis et feudalis fontes, si de feudis atque personis in iis occurrentibus agunt, nostro nituntur instituto, jura vero civilia tractantes, nusquam ejus faciunt mentionem. Spec. alem. c. 7. p. 11. et praecipue spec. sax. I. a 3. §. 2. quippe quae singulis clyp. mil. gaudentes enumerant, eos ipsos nexui feudali imbutos esse, clare dicunt. Saepius legitur nostris in fontibus axioma, feudum a domino ejusdem clyp. mil. acquirentem, eo ipso inferiorem in clyp. mil. detrudi. Alias denique commemoratur sententia, toties eandem rem alium ab alio in feudum adipisci posse, quam sint clyp. mil. Ex mente vero nostr. fontium nemo clyp. mil. descriptionem vel definitionem desiderabit. Clyp. mil. non solum vasallorum, sed etiam dominorum constituere ordines, jam eo probatur, quod rex, qui dominus quidem, non vero vasallus erat, primum clyp. mil. habet.

[5]) Numerum septenarium priori tempore apud Germanos sanctitatis aliquid habuisse, non dixerim, etsi saepius in singulis occurrit institutis. Spec. sax. I. a. 3. affert quidem, ex divinatione Originis septem esse mundi aetates, et hinc tot clyp. mil. et gradus consanguinitatis, quam vero causam veram non habeo; septem gradus consanguinitatis juri potius romano debentur, et clyp.

mil. primum, ut ex l. l. apparet, sex modo erant. Idem in principibus electoralibus animadvertendum est. Eorum vero numerum posteris quidem temporibus sanctum fuisse, dicunt. Cf. tamen Grimm t. R. Alterth. p. 213.

[6]) Quae ultima notio nostris fontibus eo, quod cum voce: Heerschild, hoc vel illud verbum conjungitur, formatur. Quum vero maxime ad locorum nexum sit respiciendum, enumeratione locorum probantium supersedeo. Cf. v. g. jus feud. sax. a. 2. Pertinent huc maxime formulae: zum Heerschild geboren sein, den H. haben, vollkommen am H., des H. darben.

§. III.
DE CLYP. MIL. ORIGINE ET INTERITU.

Convocatis ad expeditionem romanam vel curiam a rege vasallis, facile contentiones rixaeque de dignitate et ordine ipsorum inter se poterant oriri [1]); nec enim munera si quae administrabant nec ordines juris civilis illum satis determinabant constituebantque. Hinc ordines vasallorum, quibus eorum dignitas stabiliretur, introduci, suadendum erat. Praeter hanc causam in ordinandis clyp. mil. etiam aliam magni fuisse momenti arbitror. Quum enim nec parem pari multoque minus superiorem inferiori servire, aut ejus esse vasallum, legis esset, saepe, ut videtur, quaestio, quis alteri jure feudali aequalis sit, mota est. Juris enim civilis ordines huc maxime ob id non quadrabant, quod eorum, quibus facultas feudalis activa et passiva data erat, modo duo exstabant. Ex illa regula alienatio feudi

atque ob- et subinfeudatio, maxime apud Germanos usitata, valde circumsribebatur. Ut ergo ea tempori et cousuetudini consentanea ratione possit exerceri, illi ordines, ob vasallorum dignitatem ad expeditionem romanam vel curiam regis comparentium imprimis propositi, omni nexu feudali observabantur [2]. De tempore, quo enata sit personarum nexu feudali germanico junctarum divisio in diversos clyp. mil., nihil certi constat [3]), nec vacuis nitor conjecturis. In capitularibus regum Francorum, maxime Caroli Mag., centies quidem commemorantur episcopi, abbates, abbatissae, duces, optimates et comites vasalli, de ordine vero eorum nusquam aliquid exponitur. Ab illo aevo usque ad tempora quibus spec., sax. jus feud. sax., et reliqui fontes juris feudalis in vitam prodierunt, alios juris feudalis germanici fontes non habemus [4]). Cum vero fontes modo laudati, de clyp. mil. ut de re omnibus nota loquantur, res ipsa certe saeculo XII. initium cepisse videtur. Viguit per saeculum XIII, sequenti vero, certe ea notione, qua diversos vasallorum ordines indicabat, interiisse videtur. Lege quidem expressa clyp. mil. institutum sublatum esse, non dixerim: nec enim talis lex exstat, nec ea Germanorum moribus conveniat. Illo vero tempore

et in republica et in re feudali multa ita sunt mutata, ut eo hoc institutum vim suam amitteret, necesse esset [5]).

---

[1]) Ratio inter dominum et vasallum intercedens, ipso quidem jure feudali constituebatur, quod vero inter dominos et vasallos, inter se nexu feudali non conjunctos, minime evenit, cum dignitatem, nisi regis jussu omnes apud eum convenirent, non caraverint. Tunc vasalli vero unum corpus, cujus membra recensenda et aestimanda erant, efficere videbantur. Hinc in id ipsum tempus, in campis fortasse roncalicis, ordines vasallorum imprimis constitutos fuisse, opinor.

[2]) Quamvis vasalli in clyp. mil., primo in tempus, quo ad expeditionem romanam concurrerent, dividerentur, ipsa tamen finita, etiam ob causam in textu prolatam vim illa exhibuit distinctio; nec erat, cur nomen mutaretur.

Instituti feudalis origo et natura jam satis corroborant regulam, aequalem ab aequali feudum habere non posse; nec fontes aliud quid statuunt. Ne vero institutum feudale limitibus arctioribus circumscriberetur, neve civilis turbarentur status; res, nisi si plures quam jure civili ordines inter vasallos agnoscerentur, feliciter expediri non poterat. Hac enim via, ut, par jure civili paris factus vasallus, nullum, quoad statum civilem sentiat detrimentum, et ut plures sint ordines, a quibus feuda sine status deminutione licebat accipere, decernebatur.

[3]) Pro lubitu fere, nullo medio probandi adjecto, plures scriptores originem nostrae rei saec. X. XI. XII. invenisse sibi visi sunt; cf. Rink l. l. §. 3.; Hommel oblect. feud. §. 117. in antiquissima ascendit tempora. Alii loca, quibus nihil demonstratur, proferunt. Huc maxime spectant verba Wipponis in vita Conradi salici ap. Pistorium T. III. p. 425. „De felicitate facta regi minus necessarium dicere puto, frequenti usu teste, quod omnes Episcopi, Duces et reliqui principes, milites primi, milites gregarii, quin ingenui omnes, si alicujus momenti sint, regibus fidem faciant." Ut jam in capitul. hoc fere ordine primi imperii veniunt, et, quod in quavis subscriptione testium illius aevi videre potes, homines majoris dignitatis priorem etiam in literis occupant locum, ita in documento modo laudato res sese habet. Nam neque vox clyp. mil. neque ullum certi ordinis vestigium adest. cf. Biener l. l. §. 35. n. 13. In chron. laurish. (vid. §. 2. n. 3.) obveniunt quidem tempore Henrici III. et IV. clyp. mil. (Herschilt), nec vero ea notione, qua diversos vasallorum ordines significant. Hinc, ut ipsa natura fert, et a nobis jam antea dictum est, eam clyp. mil. significationem, qua domini vasallos et agmen exprimit, antiquiorem esse, corroborari videtur.

[4]) Memoratu digna videtur constitut. Friederici I. an. 1158. ap. Goldast constit. imp. p. 231. §. 8. quae haec est: „Si monialis in abbatissam aut monachus in episcopum eligatur; per hoc in imperio militiae cingulum et non jura civilia acquirere possunt." Hunc ipsum locum etiam in spec. sax. I. a. 26. deprehendis. „Wirt en besloten nunne ebbedische, oder

en monik biscope, den hersild mogen se wol hebben von me rike; landrecht ne irwervet se aver dar mede nicht." Primo hujus art. fontem esse constitutionem imperatoris, animadvertendum est, deinde, sub illo militiae cingulo clyp. mil. intelligendum esse, art. 1. probatur, nec, versione art. pro: hersild „militiae cingulum" legi, omittendum est. Praeter hunc nullus mihi in promptu est locus spec. sax., qui vero e constit. regis derivari possit. E jure canonico plures extant, v. g. spec. sax. I. a. 1. cf. c. 6. §. 4. X. de major, (I. 33.) Spec. sax. I. a. 3. §. 3. cf. c. 2. §. 9. c. 35. q. 5. Spec. sax. I. a. 3. in fin. cf. c. 8. X. de consang. et affin. (IV. 14.) spec. sax. I. a. 25. §. 4. cf. c. 1. X. de convers. conj. (III. 32.) Spec. sax. supra laud. a. 26. serius quidem videtur irrepsisse. Spangenberg Beitr. z. d. teut. Rechten des Mittelalters p. 30. quod vero nobis non officit, imo constit. esse Friederici glossa ad l. l. verbis quae habet, firmatur: „Mer id is en articulus des satinge Kayser Friederices." Si ergo illa constitutio vere Friederici I. est, ea, illo tempore institutum clyp. mil. exstitisse, certiores facti sumus. Causa vero, cur de clyp. mil. principum ecclesiasticorum sermo fit, haec mihi videtur esse. Nota est vasallorum divisio apud Longobardos in capitaneos, valvasores majores, valvasores minores et valvasinos, cf. Krebel de diversis vasallorum ordinibus, itemque hujus regni conjunctio cum Germania. Quamvis utrumque regnum suas privatas et publicas habuerit leges, fieri tamen poterat, ut rex Germanorum aliquod institutum illius civitatis in hanc propagaret, idque potissimum in re feudali. Quum ergo rex et ipsi vasalli germanici apud Longobardos, maxime

in expeditione romana, qua Germani cum Longobardis concurrebant, viderent illud institutum, et se simili egere sentirent, normam fortasse illud Longobardorum institutum, quod jam plures VV. DD. monuerunt, praebuit ordinibus clyp. mil. constituendis. Si enim consideras, apud Longobardos regis ordinem et principum ecclesiasticorum vacare, septimum vero clyp. mil. feuda vera accipere non posse, hinc, si mavis non exsistere, de quo infra, restant quatuor ordines Longobardorum. Si vero in iis, quae de origine clyp. mil. e jure longobardico proposuimus, aliquem habemus consentientem, illius constitutionis sensus ei patebit. De abbatissae et episcopi enim clyp. mil. sancit, quia hi et illae in ordinibus vasallorum longobardicorum non occurrunt, de eorum ergo clyp. mil. sanctio maxime erat necessaria. Quemnam vero hi illaeque ab initio haberent *clyp.* mil., nostra constitutio non indicat. Attamen si vera sunt, quae leguntur in spec. sax. I. a 3. §. 2. „Die leien vorsten hebbet aver den sesten schilt in den sevenden gebracht, sin se worden der biscope man, des er nicht en was," — et idem legitur jur. feud. sax. a. 1., vet. auct. de ben. c. 1. §. 3, — inde priore tempore principes ecclesiasticos et saeculares eodem usos esse clyp. mil., eo vero, quod hi ab illis acciperent feuda, inferioris et tertii (§. 5. et 6.) quidem clyp. mil. participes esse factos, eluceret, nisi haec obstarent. Quaecunque fere, quae ex historia spec. sax. enucleare studet, plane falsa et ridicula sunt, (cf. III. a. 42. et III. a. 44.) potest ergo et hac in re errasse, idque eo probatur, quod principes ecclesiastici pro saeculi superbia se dignitate saecularibus praestantiores habebant Jam

enim tempore regum francorum episcopi priore loco, quam duces et comites nominantur, et pari modo ab initio inter principes electorales, ecclesiastici se primos putabant. Vide tamen Schilter com. ad jus feud. alem. c. 1. §. 1. Saeculo XI. vero hos ordines seu clyp. mil. nondum exstitisse, inde fluit, quod in constitutione de expeditione romana, quae Conrado II. adscribitur, nulla hujus instituti mentio fit. Quum vero Friederici I. legem de clyp. mil. commemoravimus, hujus rei incunabula in sec. XII. ponimus. Si denique verba jur. feud. alem. a. 1. §. 1. „Allererst söllen wir merken, dass die König habent geseczt sieben heerschilt" alicujus momenti sunt, institutum, ut etiam mihi videtur, ab hoc vel illo gentis Hohenstauforum rege introductum est, nec ut plurima juris germanici praecepta, ex usu et consuetudine populi profluxit.

[5]) Plures nobis, cur nostrum institutum, non ut alia Germanorum, per multa floruerit saecula, historia suppeditat causas, quas vero, quum omnes in eo, quod nexus Germanorum feudalis vigere sensim desinebat, conveniant, singulatim non propono. Fuerunt et sunt forte, qui divisionem vasallorum in clyp. mil. per longius, quam nos statuimus aevum vere exstitisse, arbitrentur: provocant ad fontes, qui saec. XIV. prodierunt, et clyp. mil. doctrinam non ignorant. Sed hi fontes, quo refero distinctiones saxonicas et codicem Ruprecht frising. plura, quae jam abrogata erant, ut diximus §. 1. n. 3. receperunt, hinc nostram non infringunt opinionem. Si vero etiam saec. XIV. divisionem vasallorum in clyp. mil. vita communi observatam opinaris, aliud tibi, dum in fontibus hujus temporis v. g.

in jure caesareo nostri instituti mentio non fit, impedimentum obstat, quod vero nos non tangit. Quo denique modo gloss. spec. sax., quae jam saec. XIV. incipiunt, tam male, ut videmus §. 2. n. 4., rem nostram intelligere potuissent? Sed ut omnia, quae prioris sunt temporis, corrumpunt et false interpretantur, ita etiam clyp. mil. doctrinam tractant. Attamen variae clyp. mil. notiones sunt distinguendae; exprimit clyp. mil. enim, ut vidimus §. 2., etiam activam et praecipue passivam facultatem feudalem, et hoc significatu serius obvenit. Imprimis ordo jud. jur. feud. (Richtsteig Lehnrecht) nusquam clyp. mil. notione, qua diversos vasallorum ordines indicat, mentionem facit, saepius tamen clyp. mil. illa notione laudat, et ergo ipsis cum grano salis utitur. Qua igitur significatione et fortasse ea, qua agmen vasallorum cf. §. 2. n. 3. pronuntiant, saec. XIV. clyp. mil. obvenisse, arbitror. Quum vero hac aetate saepius civibus jus feuda vera acquirendi privilegiis concessum sit, ut constat, jure meritoque fontes v. g. distinct. sax. l. I. c. 14. d. 13. l. V. c. 31. d. 1. his clyp. mil. tribuunt, et, si placet, ob id, quod ex parte certe clyp. mil. doctrina adhuc valuerat, eam omnem seriores fontes ex antiquioribus receperunt. Male vero clyp. mil. civium octavum multi appellant; Mettingh stat. mil. Germ. sect. V. n. 1. p. 482.

§. IV.
DE PRIMO CLYP. MIL.

Primus clyp. mil. est, ut ex fontibus clare cognoscitur, regis [1]). Quamvis ex eo tempore, quo Germania civitas electoralis facta est, Germani regem cooptaverint, tamen inde ab Ottone I., quum fatale illud imperium Romanum in mille paene annos cum dignitate regis conjungeretur, duplex corona, ut de ceteris taceamus, uni personae imponebatur. Regem eligebant principes Germaniae electorales [2]) qui et in Germania (Aquisgrani) coronabatur, quemque papa Romae, expeditione romana suscepta, corona imperatoris Romanorum ornabat [3]). Rex primus in Germania, imperator Romanorum primus erat advocatus Christianorum, habebatur dominus mundi, summus omnium regum [4]). Nec ergo officia et jura regis Germaniae et imperatoris Romanorum hoc aevo confundi debent. Quum vero opinio papam loco Dei et Christi regnare, ipsumque omne imperium a Deo acceptum in reliquos collocare, divulgaretur et permulta negotia resque

vitae communis nexu feudali acciperentur, fuerunt, qui imperatorem papae vasallum reddere studerent. Quod si verum est, potestne rex primum clyp. mil. habere? [5]) Etsi hunc nexum feudalem inter imperatorem et papam agnoscere velles, qui tamen non agnoscendus est, minime nostrum tangeret institutum, quod ipsum solum ad nexum feudalem germanicum pertinebat. Jure ergo meritoque primus clyp. mil. regi assignatur, quippe qui primus in omni nexu feudali in Germania fuit [6]). Ut nemo rex hoc tempore apud Germanos natu fuit, ita clyp. mil. nemini, nisi in regem electo, concedebatur; jam primus ergo clyp. mil. non ordine nativo constitutus *est* [7]).

---

[1]) Spec. sax. I. a. 3. §. 2. „Tu dirre selven wis (ut septem mundi aetates) sint de herschilde ut geleget, der de Koning den irstem hevet.“ Quum reliqui fontes ab hoc nullo modo recedant, singulos enumerare supersedeo. Codex Ruprecht frising., qui §. 63. singulos enumerat clyp. mil., nihil habet novi, hinc eum in sequentibus non affero.

Liceat jam, quomodo codices picturati spec. sax. clyp. mil. sibi fingant, adjicere. Cod. heidelberg. clyp. mil. non ut ceteri cod. ad locum spec. sax. I. a. 3., qui in illo deest, sed ad art. 1. juris feud. sax. habet; cf. Kopp Bild. u. Schr. P. 1. p. 63. Pingunt omnes co-

dices clypeos oblongos acute infima parte finitos sine omni ornamento. In primo clypeo est niger uniceps aquila sine corona in campo aureo. Colorem campi solum codex guelph. ut in ceteris clyp. omittit; is cum dresd., hoc vitio excepto, in pingendis clypeis omnibus congruit. In secundo clypeo episcopus conspicitur, mitra ornatus, qui dextra manu librum, sinistra pedum tenet. In habitu vestis variant codices. In cod. heidelb. mitrae sertum coronarum impositum esse videtur. Kopp Bilder T. I. p. 63. Episcopum insuper hoc codice pallio ornatum habeo. In tertio clypeo adest niger leo erectus (Misniae) in campo aureo. In quarto clypeo exstant secundum cod. heidelb. et oldenb. duo pisces albi intorsus curvati, in campo rubro. Kopp l. l. p. 63. insigne gentis werningerodensis hunc clypeum habet; attamen hoc albo in campo rubris piscibus ornatum est. Insigne vero in salmensi duo albi pisces in rubro campo foras curvati. Cod. dresd. duas nigras trabes in forma crucis st. Andreae rubro margine in campo, ut videtur, damasceno pinxit. In quinto clypeo cod. heidelb. tres rubras trabes libratas in campo aureo, cod. oldenb. ursum nigrum libratum ad dextram currentem in campo aureo habet. Codices vero dresd. et guelf. in superiore clypei parte nigrum crescentem et ad dextram videntem leonem in campo aureo, et in clypei inferiore parte duas, ut videtur, trabes aureas a dextra in sinistram manum descendentes in campo aureo proponunt. Sextum clyp. cod. heid. in quatuor partes libratas dividit, quarum prima et tertia est alba, secunda vero et quarta squamata, ut videri possit, sine colore. Cod. old. etiam clypeum in quatuor di-

vidit partes, quarum prima et tertia nigra, secunda et quarta alba est. Eodem modo cod. dresd. et guelf. dividunt clyp., pro nigro vero colore, rubrum pingunt. In septimo clypeo nullus codex insigne pinxit, solum clypei adsunt extremae lineae et ipsa clypei inferior pars, excepto cod. dresd., est praerupta.

[2]) Jus regem eligendi primo, ut constat, penes populum erat, deinde ad principes delatum, e quibus septem denique jus sibi proprium vindicarunt. Cum in electione Lotharii II. (1125) non illi septem principes eligentes sint, cf. Incerti auctoris narratio de electione Lotharii in imperatorem romanum an. 1125. ap. Ekard in quaternione vet. monument. p. 46. Mascov princip. jur. publ. L. III. c. 2. §. 5. et inde a Friderico I., nisi fabulis fidem habere velis, primo principes electorales commemorentur, (Document. vid. apud Olenschlager Erläut. der güld. Bulle append. n. 9. p. 26. „Dux Austriae post electorales principes primum obtineat locum.") originem eorum recte ponimus in finem saec. XII. et init. saec. XIII. Etiamsi fontes juris privati germanici sec. XIII. de jure electoralium principum loquantur, tamen eodem tempore Otto IV. cf. Olenschlager l. l. append. n. 10. p. 28. n. 11. p. 30. et Conradus IV. cf. Leibnitz in cod. jur. gent. diplomat. prodrom. n. 11. non ab iis solis electi sunt. Otto IV. ipse constituit, ut sint principes electorales et quidem sex, Goldast const. imperial. T. III. p. 371., et ita inde a saec. commem. de hoc instituto non dubitatum, quod Bulla aurea Caroli IV. maxime est corroboratum. Dubitatum vero illo tempore est de jure regis Bohemiae, et eum, quod non sit Germanus, excludit spec. sax. III. a. 57. Vetus

auct. de ben. c. 1. §. 12. idem facit, cum de sex modo electoribus dicat, jus feud. sax. c. 4. spec. alem. c. 30. p. 169. et jus feud. alem. c. 31. admittunt regem Bohemiae, si germanus est. De hac vero juris publici controversia jam mihi non est disserendum.

Bene quidem scio, et in vita communi et in nostris libris plerumque pro titulo regio imperatoris germanici titulum usurpari; quum vero imperator Germanorum nunquam fuerit, sed Romanorum in regno nationis germanicae, et maxime saeculis, quibus nos potissimum hoc libello versamur, persona regis et imperatoris bene distinguenda sit, et nos de illa, non de hac agamus, et fontes nostri plerumque regis, raro vero imperatoris nomine utantur, de industria vocabulum regis non imperatoris usurpavimus.

a) Otto I. priusquam imperium Romanorum accepe-rat, titulo regis usus est, et postea imperatoris, Günderode sämt. Werke ed. Posselt I. obs. 8. p. 199. 200. Sed jam Conradus III., quamvis a papa non coronatus, titulum imperatoris usurpavit. Mascov l. l. L. III. c. 4. §. 8. n. Henricum VI., quem papa vivente Friderico I. patre imperatorem coronare nolebat, nihilominus Gregorius VIII. 1187. (tempore ergo, quo nondum regnum adeptus erat,) Romanorum imperatorem appellat. Leibnitz l. l. n. 5.: „Saeculo XII. imperatores papa tributi imperium prava commenta et assertiones detestabiles“ vocant. Maxime docum. Ludovici Bavari 1338. in Herwart defensione Lud. Bav. p. 731. memoratu dignum est, in quo haec deprehenduntur verba: — „Decernimus, ut electus imperator concorditer vel a majori parte electorum ex sola electione censeatur

et habeatur ab omnibus pro vero et legitimo imperatore." Neque etiam in Bulla aurea alia sententia locum obtinebat. — Jam ex altera parte Innocentius III. et nonnulli ejus successorum longe aliter statuerunt, et non solum coronationem imperatoris sibi competere, sed electum a Germanis regem a se aut probandum, aut rejiciendum esse, contenderunt.

4) Pütter specim. jur. publ. et gent. med. aevi c. 7. et 11.

5) Imperator nunquam mihi vasallus papae fuisse videtur, quamvis, papam id molitum esse, non negem. Papae Gregorium VII. antecedentes non tanta pollebant potentia, quippe qui potius imperatoribus inferiores essent. In jurejurando ab Ottone I. Papae Joanni praestito ne ulla quidem mentio nexus feudalis inest, unde sequitur, illo tempore tale quid *nondum in mentem papae venisse*, idque eo maxime corroboratur, quod in ipso Decreto Gratiani d. 63. c. 33. illud continetur juramentum. Friedericum I. 1157 legati papae Adriani auxilium implorantes adierunt, et literas, quibus insunt haec papae verba, illi communicarunt. „Neque tamen poenitet nos desideria tuae voluntatis in omnibus implevisse, sed si majora beneficia excellentia tua de manu nostra suscepisset, si fieri posset, — non immerito gauderemus." Radev. de gest. Fried. I. L. c. 9. ap. Urstisium T. I. p. 481. His maxime verbis Fridericus et principes germanici se violatos laesosque putabant, rixaeque graves inde ortae, et ex omni rei nexu intelligitur, illos praecipue in verbo beneficium, illo aevo feudum quoque significante, haesisse. Papa de industria verbo ambiguo usus erat, ut in posterum, si Frie-

dericus tacuisset, alia occasione, interpretationem, quam vellet, ex illo posset enucleare. Ex quo sequitur, ut opinio, quam certis verbis proponere papa non conatus est, imperatorem Romanorum vasallum esse papae, eo aevo non plane ignota fuerit. Friedericus vero sibi competere „per electionem principum a solo deo regnum et imperium,“ declarabat. Radevicus L. I. c. 16. p. 487. Alium tamen locum, qui ejusdem Friederici sententiam hac de re continet, comparare operae pretium erit. Exstat caput extraord. II. f. 100. quod proponit haec: „Friedericum petito ab eo fidelitate pro ducatu, petenti respondisse non teneri fidelitatem facere, cum omne hominum genus sibi fidelitatem debeat, et ipse soli deo et romano pontifici.“ Cum fidelitas hisce legibus feudalis intelligatur, imperator, se vasallum esse papae, concedere videtur. Sed si et hunc locum diligentius perscruteris, imperatorem fidelitatem christianam in mente habuisse putem, quod, omne genus hominum sibi fidelitatem debere, dicit: nam omne genus hominum non vasallos imperatoris esse, in aprico est. Ceterum etiam inscriptio hujus loci apud Alvaratum memoratu digna est: „imperator nemini, omnes autem sibi, fidelitatem praestare tenentur.“ Cum denique, ut vidimus, Friedericus omne, quod nexum feudalem inter se et papam prodere potuisset, tam acriter rejiceret, si hoc loco se vasallum papae confiteretur, mirum esset. Spec. sax. I. a. 1. de eadem re agit his verbis: „Tvei svert lit got in ertrike to bescermene de kristenheit Deme Pavese is gesat dat geistlike, deme keisere dat wertlike. Deme pavese is ok gesat to ridene to bescedener tiet up eneme blanken perde unde de keiser sal

ime den stegerip halten, dar dat de sadel nicht ne winde. — Dit is de betekenisse, svat deme pauese widersta, dat he mit geistlikeme rechte nicht gedvingen ne mach, dat it de keiser mit wertlikem rechte dvinge deme pauese gehorsam to wesene. So sal ok de geistlike gewalt helpen deme wertlikem rechte, of it is bedarf." cf. c. 6. §. 4. X. d. majoritate (I. 33.) — Neque ex his nexus feudalis inter imperatorem et papam constitui potest. Nam I. l. gladium seu imperium imperator non a papa accipit, praeterea vero nihil, nisi quod invicem sibi auxilium praebere tenentur, proponit. Siquidem loco laudato nexus feudalis vestigium inesse, ex eo, quod, streugam papae tenendi, imperatoris esse officium, legimus, derivandum esse censeo. Id enim servitium feudale erat, ut apparet v. g. e jure feud. alem. c. 7. §. 4. Schilter ad j. f. a. c. 7. §. 5., qui etiam exemplum illustre proponit. Ipse vero auctor spec. sax. quid significet, explicat, (Dit is de betekenisse, seu ut alii: de bescheidunge etc.) Inde vero, illum actum non servitium indicare feudale, sed symbolum esse auxilii papae ferendi, intelligitur: quod auxilium erat reciprocum. Ita etiam rem codd. pictur. spec. sax. sumunt, qui Deum pingunt, a quo et papa et imperator (simul) gladium accipiunt. Deinde notandum esse puto, quod his picturis papa equum adscendens primo sinistrum pedem streugae imponit, quo fit, ut retro in equo sedeat. Glossa ad hunc articulum multa de dignitate et imperio papae et imperatoris profert, maxime certamen decretistarum et legistarum commemorat, quorum illi papam, hi imperatorem majorem habent, de nexu vero feudali nihil dicit. Idem fere in glossa ad jus municip

sax. a. 7. reperitur, quae de hoc certamine ita statuit: „Es sol fern sein, dass wir uns mit unsrer Vernunft unterwinden zu disputiren.“ Eadem fere verba, quae spec. sax. I. l. habet, in distinct. sax. L. I. c. 1. leguntur; concordat porro jus munic. sax. in textu l. l. Aliter spec. alem. in praef. §. 9. 10. rem proponit: „Dye (gladios) bevalch got sant Peter beyde — §. 10. Das weltlich Schwert des gerichts das leyhet der bapst dem Keyser.“ Hoc speculum a clerico, ut videtur, scriptum ambiguo de industria verbo: leyhen utitur, nec directo sermone, imperatorem esse papae vasallum, enuntiare conatur, quod, si fuisset, pleno edixisset ore. Illud enim verbum multa alia etiam negotia significat et non solum idem est, quod commodare, sed etiam quod dare, spec. sax. III. a. 5. — Eandem sententiam habemus more poetarum ita expressam:

„Ein meister der hat uns geslagen
Zwei swert — —
Das eine gehöret an
Dem Babest, — —
Das andere soll ein Keyser nemen.“

Manessische Sammlung der Minnesänger Th. II. p. 51. Ne minimum quidem nexus feudalis vestigium hoc in loco adest, hinc et illud: leyhen vel pro concedere sumendum, vel istam nexus feud. opinionem vulgarem et veram non fuisse, probatur. Gervasius Tilberiensis in decis. secund. actionum imperial. c. 19. ap. Leibnitz script. Brunsw. T. 1. p. 944. dicit Ottoni IV. quocum ille vivebat: „Profecto imperium tuum non est, sed Christi. Non tuum, sed Petri. Non a te tibi obvenit, sed a Vicario Christi et successore Christi. Beneficio

papae confertur imperium." Neque iste imperatorem aperte vocat vasallum papae. Otto vero auxilio papae Innocentii III. contra Philippum alem. rex et imperator factus erat, quam ob rem Gervasii dicta Ottoni ex parte certe objici poterant. Nec ipsum Innocentium III. contendisse, luce clarius ex docum. laud. provenit, quo dicit: „jus et auctoritas examinandi personam electam in regem et promovendam in imperatorem ad nos spectat." Olenschlager l. l. apend. n. 11. p. 31. cf. c. 34. X. de electione et electi potestate. Illa verba locutus est papa de coronatione Ottonis IV. Quo jure ergo Gervasius ista monuit? Certo nullo! Quod ipse papa proponere nunquam conatus est, ejus vasallites non erubescebant enuntiare. Quum in praedicta rixa inter Friedericum I. et Adrianum ejus legatus quaestionem proponeret: „a quo ergo habet (imperator) si a *domino* papa non habet imperium," comes palatii ita *hac de* re iratus erat, ut gladio papae legatum statim interficere conaretur. Radevicus l. l. c. 15. p. 487. Friedericus vero declarabat deinde: „divino tantum beneficio adscribimus imperium." Radevicus l. l. c. 16. Imperatores se nunquam vasallos papae habuissse, et inde probandum est, quod Henricus VII. acriter negabat, (1312) imperatores papae juramentum fidelitatis, quod Clemens V. postulabat, praestare teneri; et illud ipsum jusjurandum, quod papa praescribebat, nihil de nexu feudali continebat. Erat hoc: „Ego — juro — beato Petro, me de cetero protectorem procuratorem et defensorem fore sum. Pont. et hujus s. R. E. in omnibus necessitatibus et utilitatibus suis, custodiendo et conservando possessiones, honores et jura

ejus, — secundum scire et posse meum recta et pura fide." Clement. c. 1. de jurejurando (II. 9.) Versus etiam in Lotharium II. scripti, quibus successor Friedericus I. dignitatem imperialem valde laesam putabat, utique quosdam de illo nexu feudali cogitasse, declarant. Sunt hi:

„Rex venit ante foras, jurans prius urbis honores,
Mox homo fit papae, sumitque a dante coronam." —

Adjicias tandem registr. de negot. imper. num. 9. p. 698. Ibi scripsit Innocentius III. — „Ipse (Friedericus II.) propter dignitatem imperii nollet ecclesiae de regno Siciliae fidelitatem et hominum exhibere." Dignitatem ergo imperii cum nexu feudali minime conciliari posse, Friedericus contendit. — Sed jam satis! Multa sunt in ore aulicorum, ut et hodie, quae non curant principes, vel certe verbis et factis declarare non audent. Vide tamen Eichhorn l. l. §. 286.

[6]) Summum et nostra in re memoratu dignissimum, ipsi regi clyp. mil. tribui, habeo. Exstiterunt et in aliis regnis civium classes, sed nusquam iis regem adnumerari invenies. Nostrum in historia unicum est exemplum: discrimen illud maximum inter regnantem et subditos in monarchia est sublatum; una serie ab infimo civitatis ad primum adscendimus. Quae sententia optime poemate med. aevi illustratur. Kopp Bilder und Schriften d. Vorzeit p. 14. Sed unde haec? Ex instituto feudali, respondeo. Eo enim constituta et exstructa erat respublica nostra, et in ea non rex et subditi, sed domini et vasalli occurrebant. Rex erat dominus primus, summus, nec ex instituti ratione alicujus vasallus; reliqui et domini et vasalli esse poterant. Nexus vero, qui inter dominum et vasallum est, item inter regem dominum omni-

um primum et inter suos vasallos. Hinc rex primum habet clyp. mil., et minime se ab hoc ordine, seu hac divisione alienum, nec quasi reliquis omnibus superiorem existimat. Respublica ergo germanica fidelitate feudali, quam quavis alia inviolabiliorem et sanctiorem tunc temporis putabant, praecipue nixa erat. Biener l. 1 P. II. T. II. §. 14. Etiamsi non omnes Germaniae vasalli regi immediate vel mediate juramento fidelitatis obligati essent, erant tamen nexui et instituto, cujus rex primus evadebat, imbuti, et eo ipsi subjectos se habebant. Respublica quidem germanica nec illo tempore solo nexu feudali erat constituta; quod enim fuisset vinculum inter regem et ab omni nexu feudali immunes? Attamen lege subjectionis rex saepius non multum valuit in Germanos, cujus rei singularia exstant in historia exempla. Ex his omnibus, regis splendorem auctoritatem et sanctitatem non tanti fuisse, quanti faciunt, mihi fluere videtur. Vasallorum erat dominus, eique, quae nexus feudalis postulabat, praestanda erant, nec quae regis nomen et omen poscebat. Corona imperatoris in Germania non tanti erat ponderis atque olim penes Romanos fuerat. Ipse saepe quidem, maxime cum exteris rem habens, imperator Romanorum procedebat; populus vero Germanorum, regem sine pondere illius coronae regnantem, sibi potissimum fingebat. Regis Germanorum jura minime cum iis, quae regibus orientalibus olim competebant, vel cum iis, quae hodie in monarchiis absolutis regis sunt, comparari possunt. Rex comitiis palatii judicio subjectus erat, spec. sax. III. a. 52. §. 2. Aurea bulla c. V. §. 3. Schaubert de principe legibus suis obligato. Juris franconici quidem

privilegio regis vita sancta erat, at ut hoc ex jure, qui in ipso crimine perpetrando comprehensus est, vel is, cui illud jus abjudicatum, capitali poena affici poterat, ita etiam rex abjudicato imperio, quo simul privilegium juris franconici amisit, ob crimina commissa vita privari poterat. Spec. sax. III. a. 54. §. 4. — Neque historia, neque indole populi germanici monarchia absoluta probatur.

[6]) Spec. sax, III. a. 54. §. 3. „Die Koning sal wesen vri unde echt geboren." Spec. alem. c. 23. p. 163. hunc locum ita explicat: „Die Fürsten sollen keesen einen König, der ein Freyherr sey, und also frey dass sein Vatter und sein Mutter frey seyn gewesen, und sollen nicht Mittelfrey seyn, sie sollen nicht seyn Mann, dann der Pfaffenfürsten Mann, und sollen Mittelfreyen zu Manen haben." Quamvis Bulla aurea c. 2. modo: hominem justum bonum et utilem eligendum esse dicat, nobilitatem tamen supponit.

§. V.
DE CLYP. MIL. SECUNDO.

Secundum clyp. mil. principes ecclesiastici [1]), episcopi, abbates et abbatissae tenent [2]). Est quidem regula, clericos eo carere; exceptio vero, quam in episcopis, abbatibus et abbatissis habemus, eo, quod duplicem repraesentant personam, est explicanda. De eorum juribus et officiis in ecclesia, jam meum non est verba facere, pauca autem de iis principibus ecclesiasticis et imperii vasallis dicam. Jam in regno Francorum maxime episcopi, quod notum est, saecularia curarunt, et saepius quidem ita, ut clericalia et spiritualia negligerent. Nexus feudalis, quem sequenti tempore papa penitus delere studuit, pacto calixtino, ut inter omnes constat, quoad regalia minime est solutus: electis enim rex per sceptrum feuda seu regalia constituebat [3]). Quum eo vasalli fierent regis, clyp. mil., simulque juris feudalis participes facti sunt. Quam ob rem investituram nacti, vasallos sibi consituendi facul-

tate gaudebant et omnia, quae e nexu feudali profluxerunt jura et officia, exinde incipiebant [4]).

---

[1]) De origine principum ita statuimus. Quum rex omnia regni jura et officia ipse exercere non posset, qui eum adjuvarent, eligendi et constituendi erant; huc maxime comites spectant. Hi non suo, sed regis jure, ut qui hodie munera administrant publica, agebant atque etiam ea dignitate, seu eo honore, qui serius principalis appellabatur, non fruebantur. Attamen quidam illis honor concedebatur. Quare capitularia honorem, id est munus praeter beneficium commemorant. Bene quidem scimus, honorem et beneficium interdum idem significare; saepe vero utrumque distinguitur, Capit. III. c. 71. „Qui beneficium principis (regis) habet, honorem et beneficium perdat." Honor l. l. non modo officium seu munus denotat, sed multo potius honorificum quid, seu dignitatem munere tributam. Capit. VII. c. 63. „Reatu majore delinquit, qui potiore honore perfruitur et majora facit vitia dilectorum sublimitas dignitatem." C. 432. sub fin. „Comites honore comitatus carent." Capit. addit. IV. c. 7. „Episcopus honoris privilegio — habeatur extraneus." His locis muneris gravitate honor seu dignitas, qui illo fruuntur, additur, non ipsa vero regis dignitas. Sed haec jam capitul. Ludovici pii an. 823. aliis tributa videtur. Capit. illud c. 16. ita sonat: — „Hoc omnibus notum esse volumus, quod quicunque ex his, qui honores nostros habent, et honorem nostrum regnum nobis commissum custodire contemserit, nec no-

strum nec regni nostri honorem ulterius volumus, ut habeat." Hoc loco rex, ipsius honorem seu dignitatem munere in alios esse translatam, clare dicit. Quod si rex exprimere noluisset, aliter rem proposuisset, ne ii, quorum causa scriptum erat capitulare, jus, quod ipse noluit concedere, sibi vindicare possent. Ii vero, qui regis fungebantur ministeriis, erant comites, quorum munera in suprema jurisdictione exercenda constabant. Qui haec vero a rege accipiebant munera, regis banno, qui etiam dominicus vocatur, Capit. a. 810. c. 4., ab initio non gaudebant. Capit. incert. an. c. 57. „Ut bannus, quem per semet ipsum dominus imperator bannivit, sexaginta solidos solvatur. Ceteri vero banni, quos comites et judices faciunt, secundum legem unius cujusque componantur." Fortasse sub Carolo M. singuli comites regis bannum adepti sunt. Cap. ex part. sax. a. 798. c. 31. Hanc ipsam vero reipublicae mutationem gravissimam et verum muneris et dignitatis principalis fundamentum statuo atque pono. Nam eo comites regis aliquod proprium sunt nacti. Non modo eorum potentia est aucta, sed etiam dignitas paene regalis facta, ita, ut qui regis banno erant potiti, regi sese proximos haberent. Quae et eo corroborantur, quod, qui sequenti tempore non sub regis banno judicabant, sed sub proprio, ut comites palatii et marginis, principes sensu vet. et strict., non existimabantur. cf. §. 6. n. 5. Cum principis notione ergo, tam arcte munus et bannus regis, ab ipso in feudum datus, conjunctus erat, ut, qui munus et bannum jure proprio habebant, principes nostro sensu nec essent, nec in fontibus vocarentur. Jus feud. alem. c. 143. §. 7. „Der fürst heyset davon ein

fürst, dass im der Kunig das Fürtsenampt leyhet mit seiner hande.“ Spec. alem. c. 32. p. 172. „So man spricht princeps, das spricht in Teutsch der förderst Emphaher, dann einem Mann, der ein lehen empha-het von einem der es vor ihm hat empfangen, der heisst nicht förderst an dem Lehen, und mag nicht geheissen princeps ein Fürst.“ Jus caes. III. a. 6. „Nymant mag gesprechin von den forsten, sint ny keyn furste von eme selber bestunt, also das riche hat gethon, was was fursten y watt, dy sint gelederè des riches und dienst-ampt.“ Haec de principum origine et notione. Quam-quam plura eorum, quae ad hanc §. disseruimus, etiam ad seq. §., in qua de principibus saecularibus agendum, spectent, haec tamen non bene poterant separari. vid. §. 6. n. 5.

Jam denique pauca de principibus ecclesiasticis in specie adjiciamus. Etsi omni tempore principes ec-clesiastici saecularibus se potiores haberent, illi tamen maxime papa interveniente, qui omnem eorum nexum feudalem funditus tollere studuit, munere a re-ge dato principes fieri detrectarunt, qua de re in-vestitura non munus, sed potius regalia, i. e. jura re-gis sibi concedi dicebant. Quum vero regalia praeter alia etiam munus principis complecterentur, Eich-horn l. l. §. 299., eodem modo ecclesiastici ac saecu-lares, principes facti sunt, etsi nomen muneris evita-bant et forte etiam, se non solum propter munus prin-cipale, quod regalibus inerat, sed propter singula re-galia principes existimabant. Munus vero principis, su-prema jurisdictio, comitatu exercebatur, vel potius hic ipse erat munus principis, et comitatus etiam vocabatur

regale. Henrici V. mandatum apud Dodechin append. ad Mor. Sect. a. 1110. „Regalia id est civitates ducatus, marchias, comitatus, monitas teloneum etc." Conr. Ursp. a. 1111, p. 194. ducatus, marchias, comitatus, advocatus, monetas, telonea ceterorumque regalium, quae possident (ecclesiae) summam." Radevicus de gestis Fried. I. L. II. c. 5. a. 1158. ap. Urstisium P. I. p. 509. „In manum principis regalia reddidere — adjudicaverunt ducatus, marchias, comitatus, consulatus, monetas etc". cf. I. f. 14. v. 1. Quae notio maxime jure publico longobardico usitata, imprimis ope principum ecclesiasticorum in Germaniam transmigravit. Hinc Otto Frising. de gest. Fried. I. L. II. c. 12. a. 1154. ap. Urstisium p. I. p. 452. haec habet: „Omnes omnium beneficiati, qui sine bona voluntate dominorum suorum domi remanserunt, in feudis condemnantur. *Hunc* morem principe secuto, non solum laicorum feuda, sed et quorundam episcoporum — regalia abjudicata fuerunt." Et deinde: „Episcoporum feuda maxime regalia vocarentur." Episcopos vero inde a saec. XI. comitatus acquisivisse, est res satis nota; cf. Schilter l. l. c. §. 4—12. Eichhorn l. l. §. 172. §. 222. Müllmann l. l. P. II. q. 12. seq. Montag l. l. P. II. p. 89. 96. Quum vero jam prius ob munus principale saeculares optimates principes exstiterint, principis titulum in ecclesiae proceres esse translatum, jure concludimus. Sequentibus temporibus etiam a principibus saecularibus, ut videtur, praeeuntibus ecclesiasticis, muneris notio plane negligebatur et notio regalium in horum quoque feudis adhibebatur. Qua de causa quaelibet feuda principalia, regalia appellabantur. Quod denique

spec. alem. c. 43. p. 114. quatuor summa officia aulica munera appellat principalia, eo, quod a principibus administrabantur, explicatur.

²) Spec. sax. L. a. 3. §. 2. clyp. mil. secundum habent: „Biscope unde ebbede unde ebdischen." Spec. alem. c. 7. p. 11. adjicit: „die da gefurstet sint." Jus feud. alem. c. 1. „Priesterfürsten." dist. sax. L. 1. c. 1. §. 1. eosdem proponunt. Jus feud. sax. c. 1. Vet. auct. de ben. c. 1. §. 2. Codex goerl. a. 1. singulos clyp. mil. non enumerant. Glossa jur. feud. sax. ad art. 1. „Der ander Heerschild hat seine beginn an dem Römischen Bischoff und an der andern geistlichen Fürsten und denselbigen schilt haben auch die Churfürsten und die von Braunschweig, darumb dass sie keines Bischoffs manen sind." cf. Gloss. ad jus municip. sax. a. 8. Glossa etiam hoc loco rem male intellexit, et interpretata est. — Fontes archiepiscopos quidem non laudant, quum vero saepius sub episcopis intelligantur, nulla, illos ab instituto clyp. mil. excludendi, adest causa, et ut omnes principes saeculares eundem habent clyp. mil., ita et omnes principes ecclesiastici eodem pollent. Quum episcopi haberent comitatus, et regalia ab ipso acciperent rege, quod ex pacto calixtino aliisque documentis, atque ex jure publico germanico ecclesiastico provenit, illo tempore omnes episcopos principes arbitror. Ut vero saepe exceptiones a regula in jure nostro publico occurrunt, ita historia edocti scimus, praecipue Henricum leonem episcopos instituisse et investivisse. Helm. Chron Slav: L. 1. c. 87. ap. Leibnitz script. rer. brunsw. P. II. p. 612. Ejusdem vero generis episcopi sensu str. non erant principes, propterea quod non a rege ipso rega-

lia acceperant. Verba fontium l: „Die da gefürstet sint," abbatum et abbatissarum causa mihi maxime videntur adjecta. Exstiterunt enim, ut scimus, plures qui et quae principis requisitis non pollebant, nec imperii immedietatem, nec jura status consequebantur, Eichhorn l. l. §. 189. 292. Abbas st. gallensis an. 1204. et einsidelens. an. 1224. principes creati sunt. Praun adeliges Europa in Burgermeister biblioth. equestr. P. II. p. 885. Abbates, qui non erant principes clyp. mil. secundum non habuisse et ratio instituti et illud fontium additamentum docent. Quem vere acceperint clyp. mil. fontes non constituerunt, nec hunc vel illum ipsis tribuere ausim. Quum principes non fuerint, ne tertius quidem clyp. mil. iis possit assignari, quum vero episcopi, abbates et abbatissae principes, secundo clyp. mil. gauderent, illis quidem, etsi non sint principes, tertius competere videatur. Quid in vita communi hac de re obtinuerit, nescimus, litem pro singulorum potentia maxime esse decisam, mihi verisimillimum est. — Quamvis in reliquis clyp. mil. nativitatis ordo multum valeret, id tamen in clyp. mil. principum ecclesiasticorum non obtinuerat locum. Homines enim infimi ordinis ex jure, si requisitis, quae canones postulant, gaudent, episcopi fieri possunt. Thegan. de gest. Lud. p. P. c. 20, 44. Scimus vero etiam medio aevo saepissime eos e nobilissimis Germaniae familiis et ex ipsis regum propinquis prodiise. Lehmann chron. spir. II. c. 14. Praun. l. l. p. 886. quam plurimos chronologice enumerat episcopos.

[3]) Lotharius II, an. 1125. resignavit quidem omni juri ante consecrationem investiendi, Anon. de elect. Loth.

II. §. 6. ap. Pez. scr. aust. I. p. 572. „Habeat imperátoria dignitas electum libere, consecratum canonice regalibus per sceptrum — investire.“ Attamen, quod promisit, non servabat. Goltlier gest. archiep. trev. ap. Eccard. corp. scr. T. I. p. 2197. et Brover annal. trev. T. II. p. 30. Friedericus I. item ante consecrationem investituram dabat. Otto frising. de gest. Fried. I. L. II. §. 6. an. 1152. ap. Urstisium p. 449. „Nec electum episcopum ante consecrandum, quam ab ipsius (regis) manu regalia per sceptrum suscipiat.“ Ludewig reliq. mcpt. T. II. p. 447. (an. 1186.) „Praesertim quum nulla — factum fuisse antiquitatis curiosa reportet memoria, quod episcoporum quispiam in regno teutonico consecrationem prius, quam regalia per sceptrum imperiale receperit, quod quidem rationi non derogans in haec usque tempora usus approbatus celebritate conservavit.“ Spec. sax. III. a. 59. „Svenne man küset bischope oder ebbede oder ebbedischen die den herschilt hebben, dat len solen vore untvan unde die besorgen.“ Regnante Ottone IV. et Friederico II. consecratio vero, ut videtur, ante investituram est celebrata. Ipsum certamen illo tempore satis grave a VV. DD. neglectum video. — Spec. sax. III. a. 60. „Die keiser liet alle geistlik vorsten len mit deme sceptre“. Dist. sax. L. VI. c. 15. d. 1. Spec. alem. c. 33. p. 172. Pactum calixtin. a 1122. ap. Conr. Ursp. p. 204. (Electus episcopus) „regalia per sceptrum a te (rege) recipiat.“ Cf. Chron. magdeburg. circa a. 1126. ap. Meibom. T. II. d. 326.

4) Spec. sax. III. a. 59. „Svenne sie (principes ecclesiastici) dat len untvangen hebben, so mogen sie lenrecht dun unde nicht er.“ Gloss. ad jus sax. c. 2.

episcopi investiti regalibus „mogen sie urteil finden und urteil volworten und gezeug sein zu Lehen recht.“ Quo feuda ecclesiastica et saecularia inter se distent, jam non exponam. Hoc satago monere, clericos secundum juris canonici praecepta ab armis belloque arceri, c. 2. X. de vita et honest. cleric. (III. 1.) „Clerici arma portantes — excommunicentur.“ Unde principes ecclesiastici servitia militaria praestare jure prohibebantur. Nihilominus tamen maxime episcopos per omne medium aevum in castris et pugnis milites invenimus. Capit. Caroli M. a. 803. c. 8. „Quosdam enim (episcopos) in hostibus et proeliis vulneratos vidimus.“ Plura hac de re dedit G. L. Böhmer de jur. ex statu mil. Germ. pend. c. 1. §. 8—10. §. 17. 18.

§. VI.
DE TERTIO CLYP. MIL.

Tertii clyp. mil. participes sunt ii, qui e primo Germanorum liberorum ordine originem ducunt, [1]) munere principali a rege ipso in feudum accepto principes saeculares [2]) appellantur. Hi speciali titulo ducis, comitis marginis, palatii, provincialis et saepe comitis veniunt. [3]) Hinc multi quidem e primo Germanorum ordine tertio clyp. mil. non sunt gavisi; quippe qui vel a rege non principale feudum, vel a principibus ecclesiasticis seu saecularibus haberent feudum. [4]) Etsi tertii clyp. mil. participes praeter munus principale [5]), multa alia jura et regalia a rege accipiebant, illo tamen principes facti sunt, qua de re a principis jure domini territorii jus discrepat, ita, ut hoc plura complectatur, quae principes saepe invito rege sibi sumserunt [6]).

[1]) Quamvis in Germania quam plurimi diversi status et ordines exstiterint, eorumque dignitates et

jura pro temporis et loci diversitate tam varia visa sint, ut omnia clare perspici vix possint, nam ex jure publico, militari, canonico, curiali et feudali constituebantur ordines, quid? quod iidem homines pluribus vel simul vel temporibus diversis ordinibus adscripti esse poterant, horum tamen omnium, fundamenti instar ordines Germanorum natu determinati videntur propositi. Tempore, de quo nos agimus, liberorum Germanorum tres in fontibus juris germanici proferuntur. Eosdem tres ordines et aliis documentis maxime historicis distingui, probat Montag l. l. P. II. p. 566. Quum his imprimis inde a tertio clyp. mil. reliqui constituantur, videre, qui illi sint, operae pretium erit. Huic rei maxime inservit spec. alem. c. 48. p. 7. „Hie soll man mercken dreyerley Freye Leuth, welche Recht die haben. Es heissen eines Semper Freyen, das sint die Freyherren, als (verbi grat.) Fürsten, und die andern Freyen zu Mann haben. Das ander sint Mittelfreyen, das sint die, die der hohen freyen Mann sind. Das dritt sind, die freygeboren sind, die heissen frey Landsassen. Der had ein jeder ihr sonder Recht.“ Qui jure nativitatis primi sunt ordinis, inter se jure civili generatione aequales, diversae tamen dignitatis v. g. propter munera, reperiuntur. Nam jure feudali alii eorum tertium, alii quartum acquirunt clyp. mil. et alii ab omni nexu feudali immunes optime vocantur s. st. Dynastae. Nec non clerici ex hoc ordine nati occurrunt, quid? quod ministeriales, Hüllmann l. l. T. II. p. 228. III. Mittermaier Grundsaetze d. teutsh. Privatr. §. 52. Qui Semperfreie, hohe Freie, Freiherrn vocantur, nobilitatem illo tempore constituebant. Eichhorn l. l

§. 140. Neque tamen in spec. sax. nec alem. vocabulum Adel invenies, nisi quod in illo I., a. 51. §. 2. „edel kint“ et III.a. 64. §. 3. „edele man“ et in hoc c. 4. p. 293. „edele Ritter“ legitur. Ceterum in spec. sax. verbum Semperfreie non occurrit, de re tamen ipsa idem statuit. De derivatione verbi Semperfreie nihil moneo, permulta enim hac de re sunt scripta. Schilter l. l. c. 1. §. 16. seq. aliique. Titulus baronis vero, qui pro ratione temporis varias habet significationes, saec. XIII. et paulo post maxime a dynastis, qui non erant principes, usurpatus videtur, Scheidt Nachr. v. hoh. und nied. Adel §. 22—25. et aequalis fere fuit titulo domini (Herr), qui primo summis nobilibus tribuebatur, postea vero etiam nobilitati inferiori adscribebatur. Schmidt fortges. Beitr. z. Gesch. d. Adels n. 3. Nostris quidem in fontibus baronum nuspiam fit mentio, quum vero nativitatis jure e primo civium ordine sint progeniti, nexu feudali imbuti quarti videntur clyp. mil. participes; nam si tertium clyp. mil. acquisivissent, non illo, sed principis titulo essent usi. Idem de iis dynastis, qui licet principes non facti, attamen vasalli fuerunt, est statuendum. Sensu enim latiori baronis, liberi domini, et dynastae tituli non differunt. — Si, quae sit primi ordinis origo, quaeritur, e germanici dominii (echtes Eigen) possessione, quacum multa, quid? quod regia jura conjuncta erant, videtur derivanda. Qui tali gaudebant dominio, apte vocantur dynastae sen. l. Ex iis maxime duces et comites electi sunt. (Habemus vero certe priori aevo exempla, homines infimi status, comites esse creatos. Gregor. turon. L. V. c. 49.) Quo factum, ut comites jam

temporibus Carolingorum praeter munus et feuda a rege concessa, magna etiam allodia in pago haberent, qui mos sequenti aevo manebat; hinc comites jam praediorum possessione potentissimi pagi erant. Quum vero eo tempore, quo institutum pagorum florebat, modo unus in pago esset comes, et mox unus plures haberet pagos, ceteri pagi dynastae, quam maxime, ne comitibus essent subjecti, studebant. Qua de re saepe praeeunte ecclesia, a regibus privilegium, quod vocant emunitatis nacti sunt, imo proprio jure summam jurisdictionem per dynastiam exercebant. Memoratu dignum documentum habes in S. V. Weisse über die Dynastien in Teutschland. cf. F. G. A. Schmidt fortges. Beitr. z. Gesch. d. Adels p. 124. quo Henricus V. Ottoni de Zütphen haec jura confirmat. „Jurisdictionem omnimodam super homines suos omnimodamque *justitiam*, quod totum prae decessores ejus et ipse ex proprietate sua non ex dono regali habet.“ Dynastarum et ecclesiarum potentia et jure, ad quod et alia accedebant, institutum pagorum eorumque comitum concussum et sublatum est, quod jam saeculo XII. accidebat. Nonnulli imo dynastae, quibus nullum munus principale a rege erat concessum, titulum comitis et ducis usurparunt. Kopp de insig. different. sect. I. §. 14. Weisse l. l. p. 154. vide ibi documenta. Quam ob causam gloss. ad jus feud. sax. a. 21. dicit: „Die dritten (tertium genus principum) sollen eigen land haben, die auch Fürsten sint.“ Sed sensim familiae dynastarum interierunt, vel dynastias principibus aut regi feuda obtulerunt, vel alia diversi generis acquisiverunt feuda, ita ut perpauci in Germania restarent dynastae,

a nexu feudali immunes. De dynastiis ceterum vid. Weisse l. l. qui praeclare de iis scripsit.

Omnes vero ejusdem ordinis homines apud Germanos generatione aequales erant, et aequali gaudebant jure; si qui, cum diversi essent ordines, inaequales in re vel causa concurrerent, in ea aut omnino nihil, aut certe nihil legitimum est effectum: huc pertinet matrimonium, tutela, hereditatis acquisitio, pugna seu duellum, werigeldum quod vocant et jus sententiam ferendi. Quum generationis coaequalitas sit institutum juris civilis, coaequales ex hoc jure eadem fruebantur dignitate, quod in hominibus tertii et quarti clyp. mil., quippe primo ex ordine civium progenitis, accidebat. Probatur spec. alem. c. 295. p. 29. „So giebt der Freiherr das 100 Mark giltet (donum matutinum) ich mein Fürsten und ander Freyherrn. Die Mittelfreyen mögen geben 10 Mark." Spec. sax. III. a. 45. §. 1. „Vorsten, vrie herren scepenbare lüde, die sin gelik in bute unde in weregelde, doch eret man die vorsten unde die vrien herren mit golde to gewene." Spec. alem. c. 171. p. 83. „Mann soll ihm (ad duellum evocatum) Tag geben nach seiner geburth, dass er sich darzu bereit. Den Semper freyen (qui sunt primi ordinis cives) giebt man Tag über 6. Wochen" vid. tamen spec. sax. II. a. 3. §. 2: Accidit autem, ut jam hoc tempore principes ob nexum cum imperio, hoc vel illo privilegio, quod ceteris abnuebatur, gauderent. Huc spectat spec. sax. II. a. 42. §. 3. „Doch mogen die vorsten geweren enen man mit enem openen brieve besegelt, deste se mede senden einen iren dienstman, diet gut vorsta an irer stat." Causam indicat glossa

ad hunc art., spec. alem. c. 397. p. 336. Aliud privilegium habes in spec. sax. III. a. 55 §. 1. „Over der vorsten lif unde ire gesunt, ne mut neman richtre sin wan die konig.“ Spec. alem. c. 25. p. 165. Jam vero saeculo subsequenti XIV. sensim primus civium ordo, etiamsi non interierit, tamen mutabatur. Qui enim, cum nobilitatis distinctio in superiorem et inferiorem orta esset, omnes primi ordinis nobilitati superiori esse adscriptos, putaret, valde erraret. Qui superioris nobilitatis fuerunt participes, constat. Mittermaier l. l. §. 54. Ratio vero, cur quis superiori inferiorive adscriberetur nobilitati, in eo, cujus factus fuerit vasallus et quibus fuerit potitus juribus, posita mihi esse videtur; serius quidem codicillis saepe superior etiam nobilitas est data. Klüber de nobil. codicil. Si tempore, quo divisio nobilitatis est enata, institutum clyp. mil. exstitisse, sumis, omnes, qui priori aevo in quarto positi erant, juribus nobilitatis superioris caruisse, sequitur. Hi enim superioritatis territorialis, imperii immedietatis et imperii status non erant compotes. Homines vero superioris et inferioris nobilitatis, ut prius primo et secundo ordini adscripti, non erant inter se generatione aequales. — De secundo civium ordine. vid. §. 8.

[2]) Spec. sax. I. a. 3. §. 2. „Die leyen vorsten den dridden.“ cf. spec. alem. et ceteros fontes huc pertinentes in superiori §. laudatos.

[3]) Quum sint, qui dubitent, num comites principes fuerint, quaedam probandi causa afferamus. Serius quidem, ut inter omnes constat, comites, principes non habebantur, nec comites tertii clyp. mil. participes nostris in fontibus nominatim commemorantur. Utroque

vero impedimento nostra opinio non infringitur. Fontes enim nec in sequenti clyp. mil. comites enumerant, ergo non obstant. Quum vero tertio clyp. mil. fruantur, qui munere principali pollent, nec fontes speciales principum proponant titulos et dignitates, miri aliquid eorum silentio non inest. Hinc nostra quaestio eo solum potest decidi, quo, comites munere principali gavisos esse, probetur. Comites priori aevo, quo Germaniae divisio in pagos florebat, principalis dignitatis socii fuisse, tot documentis demonstratur, ut singula producere facile supersedeam, nec dubitem, quin omnes pagi comites principes nostro sensu exstiterint. Pagis vero deletis, titulo comitum hereditario facto, multi sane aliis principibus, vel ecclesiasticis vel laicalibus ita sunt subjecti, ut comitatum ab his, non a rege acciperent. Spec. sax. II. a. 17. §. 6. Jus feud. alem. c. 136. §. 1. Spec. sax. III. a. 58. §. 2. Jus feudale alem. c. 143. §. 7. „Unde leyhet es (das Fürstenamt) der Kunig eynem und leyhet es der fürbas einem andern, der mag nit fürste davon geheysen; dass ist davon, dass er der vorderst an dem reych nicht ist §. 8. Ist es eines andern leyen (quam regis) mann, so mag er nit fürst gesein.“ Montag l. l. P. II. p. 49. Quum vero nemo, nisi ab ipso rege acquirit munus principale, princeps sit, hi etiam comites principes non existimabantur, nec tertio, sed quarto clyp. mil. gaudebant. Causa hujus rei eo quoque potest illustrari, quod comitis titulum jam et infimi judices usurparunt, spec. sax. I a. 55. et 57. „Gogreve“ laudat, quem male comitem pagi interpretati sunt. Ceterum inde ab hoc tempore nonnulli comitis titulum, familiae proprium, sine comitatu gere-

bant, spec. sax. III. a. 52. §. 2. — E praecedentibus vero elucet causa, cur ab eorum recedamus sententia, qui v. g. Eichhorn l. l. §. 294. omnes comites in quartum clyp. mil. detrudunt. Satis enim demonstrari potest, multis comitibus munus principale ab ipso rege esse concessum, eosque nemini nisi regi subjectos fuisse, ex quo principes eos putatos, fluit. Spec. sax. III. 52. § 2. Rex „liet dem vorsten grafscap.“ Spec. alem. c. 20. p. 162. „Man en mag auch chain fürsten ambt mit recht tzwain mannen nicht geleihen, geschicht aber es ir iedweder mag mit recht nicht ein fürst gesin noch geheissen. Also mag man weder margrafen noch pfaltzgrafen noch grafschaft (theilen) wer die gethailt, so habent sy den namen verloren.“ Spec. sax. in praefatione inter principes enumerat comitem brenensem III. a. .26 §. 2. comitem asserslebensem, cf. Kopp de insig. different. sect. I. §. 31. 20. 21. Mascov pr. jur. publ. L. IV. c. 5. §. 48. Quum vero serius permulti comitum non essent principes, et a rege tituli et nobilitas darentur, potentiores interdum in principis statum sunt elati (gefürstete Grafen), Klüber de nob. cod. §. 8. seq. Alii vero comitis titulo non utebantur, Weisse l. l. sect. I. § 20. Ex hodierno quidem jure publico comes principe inferior est, illis vero temporibus res longe erat alia, notio enim comitis et principis valde est mutata. Et ut hodie in Germania, qui principis titulo pollent, socii confoederationis Germaniae alii sunt, alii non sunt, ita illis temporibus comes principis dignitate vel frui vel non frui poterat.

Quum etiam comites principes esse possent, nemo de principali dignitate ducis, comitis marginis, pa-

latii et provincialis dubitabit; ex burggrafiis vero norinbergensis certe princeps erat. Cocceji de primo ordine principum ap. Burgermeister l. l. P. II. p. 1248.

[4]) Quum, ut vidimus §. 5. n. 1. nemo, nisi munere principali ab ipso rege accepto, princeps sit, homines, etsi primi ordinis, principum tamen ecclesiasticorum vasalli, tertio clyp. mil. non gaudebant. Principes vero saeculares nihil impediebat, quo minus praeter feudum principale a rege, etiam feuda a principibus ecclesiasticis acciperent, propterea, quod illi inferiorem clyp. mil. habebant. Eo igitur quod principes saeculares ecclesiasticis sunt minores, sine clyp. mil. deminutione ab illis feuda acquirere poterant.

[5]) Principis nomen in jure publico civitatum germanicarum diversis temporibus plures habuisse notiones, notum est. Jam Tacitus in Germania saepe principum fecit mentionem. Idem ex scriptoribus et juris fontibus regni Francorum videre licet. Neque vero in illis, neque in his fontibus verbum principis satis definitum habet sensum. Significat enim partim regem, imperatoremque, partim regni proceres, optimates, seniores. Serius vero et maxime eo aevo, quo disputatio nostra versatur, res, ut vidimus, alia erat. Nostris denique temporibus jam inde a saec. XIII. iterum principis notio ita est immutata, ut nobilitatis superioris titulum indicet. Etsi fontes nostri neminem, nisi munere principali a rege accepto, principem habendum esse, regulam proponant, propinquos tamen principis interdum se quoque principes gessisse et appellasse, statuo, qua de re memoratu digna sunt verba jur. feud. sax. a. 20. „Ab he schon sihe ein geboren Vursten." Sic ergo inter

titulum ducis et comitis, principis titulus est positus, prius enim duces et multi comites propter munus titulo principis gaudebant, quo speciali nemo utebatur. Domini de Anhalt primi erant, qui principis titulum sensu hodierno gerebant. Moser Staatsrecht v. Anhalt p. 13. Principis titulus et munus ab initio non erat hereditarium, neque pro rerum natura in principibus ecclesiasticis unquam fieri poterat. Qua de re memoratu dignum est exemplum comitis Francisci Antonii de Harrach, episcopi viennensis, qui cum episcopatui renunciaret, ne postea minoris esset conditionis, a rege princeps est nominatus. Köhler Müntzbelustig. P. IV. p. 122. Illa vero commemorata notionis principis mutatio in comitibus marginis, quos comites palatii sequuti sunt, initium cepit. Spec. alem. c. 45. p. 182. „Ein ieglicher Marggraf und Pfalzgraf habent auch nicht fürsten ambtes, die fragent wohl — pey iren hulden.“ Spec. sax. II. a. 12. §. 6. III. a. 64. §. 7. III. a. 65. §. 1. modo comitem marginis commemorat, et expresse, comitem palatii sub banno regis judicare, constituit. — Bannus vero regis, quem ipsi reges anxie sibi servari priore aevo studebant, jam ita divulgatus est, ut non modo principibus, sed etiam eorum judicibus et imperii advocatis large daretur. Spec. sax. I. a. 59. §. 1 III. a. 64. §. 4. Ut saepius quod extensive crescit, intensive decrescit, ita etiam regis banni gravitas et dignitas est minuta. Axioma, omnem in Germania juridictionem esse regis, et regem, quod non ipse ubivis esse posset, judices suo nomine jus dicentes constituere, spec. sax. III. a. 26. §. 1. a. 52. §. 2., hoc jam tempore valde erat debilitatum et laesum, et principes, ut in suo

territorio jure proprio jus dicerent, mox contenderunt. Prius ipsi erant judices, jam vero munus jurisdictionis aliis judicibus constituerunt, et modo regis bannum sub quo hi judicabant, ab ipso petierunt rege. Spec. sax. I. a. 59. §. 1. III. a. 64. §. 5. „Koniges ban ne mut nieman lien, wen die koning selve. Die koning ne mach mit rechte nicht weigeren den ban to liene, deme it gerichte gelegen is." Alius ergo munus jurisdictionis in feudum dedit. Idem sentit de principibus ecclesiasticis spec. alem. c. 85. p. 136. et 137. c. 199. p. 156. „Welich Pfaffenfürsten so gethan Gericht haben, die über Blutrunsen gehen, die Gericht mog er wohl leihen seinem Richtern also, dass er die Richter soll senden mit seinen Brieffen zu dem König, dass er ihm den Bann leihe." Jus feud. alem. c. 43. „Der (judex episcopi) über Menschen Blut richt, und den bann vom Römischen König nicht empfangen hat, dem soll der Römisch König die Zunge heissen ausschneiden." Quam poenam spec. sax. I. a. 59. §. 1. omnibus imponit, qui sub banno, quem tamen a rege non acceperant, judicant. Principibus vero laicalibus spec. alem. c. 15. p. 137. et c. 109. p. 156. bannum judicibus concedendi tribuit facultatem. Ea vero sententia serioris temporis videtur esse, qua de re in spec. sax. non reperitur.

Ut forma hierarchiae et instituti feudalis fere eadem est, ita et inter clericorum ordinationem et banni concessionem quandam similitudinem intercedere puto. Differt enim bannus ab investitura ipsius jurisdictionis eo, quod semel acceptus, etiam mortuo rege a successore non de novo petitur. Spec. sax. I. a. 59. §. 1. „Sve den ban enes untfet, he ne darf yne anderwarue nicht

untvan of die koningi stirft" cf. Spec. alem c. 85. p. 138. Ceterum bannus sine homagio confertur. Spec. sax. III. a. 64. §. 5. „Ban liet man ene manscap" cf. Grupen t. Alterthümer c. 9. p. 115. Aliter hunc locum interpretatus est Eichhorn l. l. §. 290. n. b. Tale jurisdictionis feudum, ut alia res feudalis subinfeudari poterat, de quo tamen cautum, ne feudum in quartam manum descendat, spec. sax. III. 52. §. 3. „An die virden hant ne mach nen len komen, dat gerichte si over hals unde over hant." cf. Spec. alem. c. 18. p. 159. Jus feud. sax. a. 75. Vet. auct. d. ben. c. II. §. 67. Jus feud. alem. c. 135. Spec. alem. c. 106. p. 155. „Die erste Hand des gerichtes das des chuniges ist, die anndern hant des gerichts das ist der, dem es der chüning leyhet (die dritt Hand ist, die es einem andern daleyhet) den dritt hant mag nimmer gericht furpas geleyhen." Manus clyp. mil. non significat atque alium praebet sensum. Si enim munus principale principi saeculari est tributum, is, quamvis tertio gauderet clyp. mil., illud pariter ac princeps ecclesiasticus, alicui ut exerceret tradere poterat, quod non potuisset, nisi manus et clyp. mil. differrent inter se. Quum etiam homines quinti clyp. mil. judices sub regis banno judicantes fieri possent, et hoc argumento manum superiori loco non clyp. mil. significare intelligitur. Etsi non quivis judex fieri poterat, maxime libertas secundi certe ordinis requirebatur, spec. sax. III. a. 54. §. 1. studia tamen variarum doctrinarum ut sequentibus temporibus non erant necessaria.

In jurisdictione exercenda judices supremi repraesentabant regem atque ejus bannus in ipsos erat translatus, in re vero militari rex duces et serius prin-

cipes feudi vexillaris ad militiam agendam suo sub banno citabat, atque hi sibi subjectos sub proprio, non regio evocabant banno. Spec. sax. III. a. 64. §. 1. „Büt die koning des rikes dienst oder sinen hof mit ordelen, unde let he yne kündegen den vorsten mit sinem brieue unde ingesegele ses weken er he werden sole, den solen se süken, bynnen düdischer art svar he is; laten siet, sie wedden dar vmme. §. 2. Die vorsten die vanten hebbet, die wedden deme koninge hundert punt. Alle andere lüde wedden tein punt, dar man um ungerichte nicht ne weddet. §. 3. Deme hertogen weddet ok tein punt iewelk edele man."

Feudum vexillare s. st. est id, quod munus ducis seu jus heribanni etiam in ipsos principes, qui tali carent feudo, tribuit. Eichhorn l. l. §. 294. Quum feudum vexillare plures habeat notiones ut e fontibus apparet, VV. DD. de eo varie sentire, non mirum videtur. Sensu enim vulgari feudum principum vocabatur vexillare, quia vexillum in investitura symbolum adhibebatur, spec. alem. c. 33. „Der Kayser soll leihen allen geistlichen Fürsten ihre Recht mit dem Scepter, und allen weltlichen Fürsten mit den Fahnen" cf. Spec. sax. III. a. 60. §. 1. Sensu strictiori illud feudum est, quod supra descripsimus. Latiori vero seu tertio est feudum a rege symbolo vexilli liberis dominis sine dignitate principali concessum, nec ergo tertii clyp. mil. homines id nancti sunt. Hi in judiciis principum, etsi ipsis aequiparentur in jur. feud. alem. c. 43. §. 6. minorem tamen regi pendebant mulctam quam principes, jus feud. alem. c. 130. §. 2. et renovationem feudi a vicario imperii, rege nondum electo petebant, non vero princi-

pes, jus feud. alem. c. 146. §. 2. 3. Feuda vexillaria sen. vulgari et st. hoc habent commune, quod infra annum et diem novo principi a rege concedenda sunt Spec. sax. III. a. 60. Spec. alem. c. 20. p. 162. Ius feud. alem. c. 146. De feudis vexillaribus sens. st. ut accurate videas, quae fuerint, pauca adjiciamus. Certus et constitutus eorum numerus erat, v. g. in Saxonia (h. e. Ostphalia) septem reperiebantur. spec. sax. III. a. 62 §. 2. „Sevem vanlen sint ok imme lande to sassen." cf. de hoc loco Kopp Bilder. I. p. 111. seqq. Feuda vexillaria majoris dignitatis quam reliqua principum saecularium feuda videntur; saepius enim fontes ita loquuntur: principes qui habent feudum vexillare; quum vero nemo sit princeps nisi nexu feudali, hoc in additamento singulare quid opinor. Hinc jus feud. sax. a. 20. sub fin. dicit, neminem feudum, quod a principe feudo vexillari ornato acquisivit, ab alio accipere posse principe tali feudo carente. Quid? quod illa septem feuda vexillaria Saxoniae maxima erant. — Ius feud. alem. c. 137. nonnullos etiam episcopos feuda habere vexillaria, dicit. —

Sermo denique est de feudis vexillaribus, quibus comites erant subjecti, jus feud. alem. c. 136. Spec. sax. III. a. 53. §. 3. Soluto ac deleto in regno germanico ducatu, munus ducum in feuda vexillaria, quorum vero plura quam ducatuum erant, ita translatum puto, ut illorum feudorum possessores in re militari in ducum locum succederent. Spec. sax. III. a. 53. §. 1. memoratu dignum locum profert: „Jewelk düdesch land hebet sinen herthogen unde palenzgreven, sassen, beieren, vranken, unde svaven. Dit waren alle ko-

ninge; seder wandelde man yn den namen unde hiet sie herthogen, seder sie die romere bedvngen; doch behilden sie die vorsten to manne. Seder hebben yn die keisere beide vorsten len unde van len afgebroken." Ultima verba hunc praebent sensum: duces non modo non principes sibi subjectos habent, sed ne sua quidem feuda vexillaria retinent; hic ergo ipsa ducum feuda vexillaria vocantur. Indoles eorum, etiamsi minuta, soluto ducatu sustinebatur, quamvis aliis principibus feuda vexillaria tribuerentur.

Possit aliquis, ut haec statim adjiciamus, e loco l. l. spec. sax. principes non modo munere principali a rege, sed etiam a duce accepto, haberi principes, concludere, hinc nonnulli VV. DD. principes ducibus subjectos non principes fuisse statuerunt. Noli haec cum iis, quae hac §. n. 3. de comitibus, qui ipsum munus seu comitatum non a rege sed a principe habebant, commiscere. Res haec est: principes reliqui ducis m u n e r i quidem subjecti erant, et fortasse etiam a duce habebant feuda minora, munus vero principale nihilominus ab ipso rege feudum acceperant, nec a duce. Diligentius hac de re egit H ü l l m a n n l. l. T. II. p. 99. seqq. et E i c h h o r n l. l. §. 234. a. 290. n. b. Quum vero res ad priora spectet tempora, subsistamus in his.

Ducis munus non, ut alii, principale sensu a nobis supra enucleato habemus. Ipsa enim muneris ratio erat diversa, maxime si bannum respicis. Nusquam porro nostris in fontibus ducis munus principale vocatur, et quod gravissimum duximus, fontes, comites marginis et palatii principes non esse, dicunt et quidem propterea, quod munus supremae jurisdictionis non a

rege accipiebant. Quod si vero munus ducis, quod maxime illis temporibus etiam comites marginis exercebant, principale nostro sensu fuisset, fontes laudati eos comites principes non esse, nequaquam potuissent probare. Nihilominus tamen ducis munus erat imperii munus, quid? quod gravius, quam principum, et maxime quidem ob potentiam, qua in Germania duces potiti erant. Hinc, quum munus ducis in principes feudo vexillari sen. str. ornatos translatum sit, ipsi ceteris, ut vidimus, praestantiores erant, ita ut, etsi clyp. mil. ornati in re et causa omnium vasallorum judices esse possent, in judicio principum feudo vexillari pollentium non admitterentur. Quum denique in ducis persona plerumque principis munus cum ipso ducis concurreret, ducem etiam principem jure appellare potes.

[6]) Principes, ut vidimus, erant, qui munus principale nexu acceperant feudali. Hoc quidem per districtum seu territorium exercebant; territorium vero non in principum erat redactum dominium. Quum autem illa munera maxime secundum juris feudalis doctrinam hereditaria sint facta et principes magna in muneris districto possiderent et acquirerent praedia, graviaque jura et regalia, domini territorii appellati et facti sunt. Princeps erat minister regis, dominus territorii vero paene ipse sui territorii rex. Cf. spec. alem. c. 252. p. 24. quod exheredationis causas enumerans haec habet „Ob ein Sohn seinen Vatter anspricht und so gethan ding von dem Vatter ruget, die ihm an den Leil gehen, es sey denn ein Sach, da das Land von verderben möcht da sie beyde inn Wohnung haben, oder da der Fürst von verderben möcht, dess da

Land ist." cf. Novel. 115. c. 3. §. 3. „Si eos (parentes) in criminalibus causis accusaverit, quae non sunt adversus principem sive rempublicam." De origine superioritatis territorialis multi jam egerunt.

§. VII.
DE QUARTO CLYP. MIL.

Quartum clypeum mil. habent, qui, primo civium Germanorum ordini adscripti, liberi domini (freie Herren) appellantur [1]), sed nulla feuda principalia a rege tenent. Hi vero feuda quidem, quae non sunt principalia, etiam a rege [2]), saepius a principibus ecclesiasticis et laicalibus accipiunt, nec interest, quae haec sint [3]).

---

[1]) Spec. sax. I. a. 3. §. 2. „Die vrien herren den vierden." Consentiunt ceteri fontes. Principes et liberi domini jure nativitatis inter se pares sunt, quum vero illi nexu feudali principis titulum nanciscantur, in genere hunc, in specie titulum v. g. comitis, palatin usurpant, reliqui autem quamvis vasalli, retinent potius titulum jure nativitatis ipsis tributum. Eodem modo quinti et sexti clypei mil. vasalli, inito nexu feudali, nomen non mutant. Quum verò etiam quarto in clyp. mil. essent comites, mirum alicui videri possit cur fontes hoc sileant. Sed eodem modo tertio in clyp. mil. singulares principum titulos desideras. Fontes hc

loco in genere et quam brevissime loquentes, conjiciendi interpretandique largam faciunt copiam.

[2]) Erant, ut videtur, potissimum feuda vexillaria sen. latiori antecedente §. n. 5. a nobis enucleata.

[3]) Poterant etiam, ut §. 6. n. 3. docuimus, comitatum consequi, et alia jura praediave. — Imperii vero *ordines* (Reichsstände) hoc tempore non solum erant, qui secundi et tertii clyp. mil. participes, sed etiam, qui quarto erant adscripti et liberi domini primi civium ordinis ab omni nexu feudali immunes. Kopp de insigni diff. sect. II. §. 4. Eichhorn l. l. §. 203.

§. VIII.
DE QUINTO CLYP. MIL.

Homines secundi civium ordinis, quos, etiamsi aliis veniant nominibus, medioxumos (*Mittelfreie*) appellare licet [1]), feudo ab aliquo, *qui* superiori clyp. mil. gaudet, acquisito, quinto pollent. Ex lege vero de clyp. mil. deminutione, eidem homines primi civium ordinis, qui a domino quarti clyp. mil. participe feudum habent, adscripti censentur [2]). Feuda, quae iis competunt, vera sane sunt. Comitatum vero medioxumi adipisci non possunt [3]), propterea, quod status elatione, quae illis temporibus nondum erat in usu, opus fuisset [4]). Ceterum medioxumi sunt ultimi, qui vera feuda constituere possunt [5]).

---

[1]) Spec. sax. I. a. 3. §. 2. „De scepenbar lüde unde der vrienherren man den venften.“ Spec. alem. c. 7. p. 11. „Die mittelen freyen de

fünften." Idem jus feud. alem. a. 1. §. 1. Glossa ad a. 7. jur. munic. sax. „Den fünften H. haben der Freiherren mann, und heisen Barones." Vocabulum baro hoc loco non vetere significatione, sed hodierna adhibetur. Glossa ad a. 1. jur. feud. sax. in parenthesi adjicit „als Bannerherren," de quibus infra. Gloss. spec. sax. ad I. a. 3. „Die heisen achtbare," quod est notus militum titulus. Spec. sax. eos, qui in spec. alem. sub nomine „Mittelfreyen" occurrunt, vocat: „schöffenbare seu: frei schöffenbare seu: schöffenbarfreie." Inter utrosque nihil esse discriminis, nisi quod diversis Germaniae terris jura hominum ejusdem ordinis paullisper diversa sint, eo probatur, quod ipsis utrumque speculum eundem clyp. mil. tribuit, et quod spec. sax. II. a. 12. §. 2. dicit „It ne mut aver uppe se (scepenbare) neman ordel vinden dat an ir lief oder an ir ere oder an ir erve ga — he ne si yn euenburdich." cf. spec. alem. c. 316. p. 109. „Wir nemen aus die — Mittelfreyen, die mag niemand überzeugen, da es in an ihr Leibe oder ihr Ehr, oder an ihr eigen geht." Huc porro quadrare videtur spec. sax. III. a. 81. et spec. alem. c. 54. p. 192. ut Eichhorn l. l. §. 348. n. f. vult. Quos vero fontes nostri schöffenbare et mittelfreye in regula vocant, item e genere militari natos (ritterbürtige) esse appellatos, omnes fere consentiunt. Eichhorn l. l. §. 307. 341. Mihi vero multum discriminis inter eos et homines secundi ordinis interesse videtur. Cardo rei in eo versatur, quod militares illo ordine inferiores habeo. Quae ut probentur, haec adjiciamus. Militia fere omni equestri facta, permultis nobilium familiis, expeditionibus

quas vocant crucis, exstirpatis, aliisque civium negotiis occupatis, homines, qui propter virtutem et divitias ad praestandam equestrem militiam idonei, etsi infimi essent ordinis, milites sunt facti. Hinc habemus in spec. alem. c. 295. p. 29. „Und ist ein eigen Mann Ritter." Ne hoc quidem exempli loco accipias, quod sit unicum; loquitur enim ibidem spec. alem. de diversis ordinibus. Ceterum plura hujus temporis exempla ministerialium militum profert Hüllmann l. l. T. II. p. 311. seqq. spec. alem. c. 54. p. 192. Scheidt vom Adel p. 112. Struben Nebenstunden T. III. p. 408. Kopp Bilder I. p. 25. Klüber de nobilit. codicil. §. *15.* Quodsi in militari vita homines etiam tertii *ordinis* perseverarent, et eorum filii iterum milites crearentur, nepotes militares, vel e genere militari geniti putabantur. Ius feud. alem. c. 2. ab init. Vet. auct. de ben. c. 1. §. 4. Hoc tamen loco animadvertendum est, imperii leges nostrae rei contrarias videri. Friederici I. lex de pace publica an. 1187. ap. Ursperg. p. 303. ita sonat: „De filiis quoque sacerdotum, diaconorum, rusticorum statuimus, ne cingulum militare assumant, et qui jam assumserunt, per judicem provinciae a militia pellantur." Friedericus II. eadem fere statuit. His ergo constitutionibus cavetur, ne milites fieri queant, qui e genere militum non sint nati. Et alias: „quod nullus possit accipere militare cingulum, nisi ex parte patris saltem sit miles." Res primo adspectu mira sane videtur. Milites ex infimo statu nati occurrunt, attamen legibus regis sancitur, ne fiant! Nemo miles creari potest, nisi cujus pater et avus erant milites, quomodo vero pater et avus seu primus familiae miles fieri poterat,

seu quomodo novae gentis milites evadebant, quod saepissime occurrit, si proceres jam milites desiderabantur? Hi vero propter generis militaris defectum milites fieri non poterant. An genus militare in quodam libertatis constabat ordine, ita ut modo ii, qui eo potiti essent, sensu stricto militares vocari possent, sicut eodem fere modo, qui v. g. quatuor majores (Ahnen) potest demonstrare, ex antiqua nobilitatis gente procreatus appellatur, etsi majores ejus minime antiqua gauderent nobilitate, cujus ipse quidem primus est particeps? Quae tamen omnia facilia sunt explicatu. Homo e genere militari vel e primo et secundo civium ordine progenitus ad militem erat praedicatus, et a milite miles creari poterat. Ne vero homo non militaris miles fiat, cavent leges. Attamen ex plenitudine imperii rex ipse, quem vellet, militem creare poterat. Quod si et patri et avo contigerat, nepos militaris erat, et a quovis milite in militem promovendus. Quae cum ita sint, omnia bene sese habent; vidimus enim, quomodo et infimi ordinis homines in milites evehi, et quomodo lex, ne quis nisi militari e genere miles (a milite) creetur, servanda et intelligenda sit. Probandi causa pauca sunt addenda. Günther in Ligurino l. II. vers. 151. haec habet:

„Utque suis omnem depellere finibus hostem
Possit et armorum patriam virtute tueri,
Quoslibet ex humili vulgo, quod Gallia foedum
Judicat, accingi gladio concedit equestri."

Otto Frising. de gest. Friederic. I. L. II. c. 18. „Quem stratorem rex ad se vocatum militari cingulo ob tam praeclarum facinus honorandum decrevit. At ille,

cum se plebejum diceret, in eodemque ordine vellet remanere, sufficere sibi conditionem suam: honeste donatum ad propria redire permisit contubernia." Conradi IV. dipl. ap. Goldast. Constit. Imp. Tom. 3. p. 398. „Notum facimus universis, quod A. de N. Majestati nostrae humiliter supplicavit, ut cum fieri velit miles, et pater suus miles non esset, sibi exinde largiri licentiam dignaremur. Nos autem ut fidei suae meritum, et suorum, per imperialis gratiae meritum imperialiter compensemus, supplicationibus ejus benignius inclinati, de potestatis nostrae plenitudine, sibi concedimus potestatem, quod quamquam pater suus *miles* non fuerit et nostris constitutionibus caveatur, *quod* milites fieri nequeant, qui de genere militum non nascuntur, ipse tamen, de culminis nostri licentia decorari valeat cingulo militari." Hinc videmus, reges has leges ab ipsis perlatas non sequutos, eoque omnem difficultatem esse sublatam. Neque tamen illos homines ab ipso rege milites creatos esse arbitror, multo potius ab eo veniam, ut milites fieri possint, rogatam, quae forte gratis non impetrata sit; militem novum praeterea rex sibi valde obstringebat. Jus caes. III. a. 8. Quo vero militari cingulo concesso, status elatio sensu st. non perpetrata est. Qui jam e genere erant militari, novum intermedium constituere ordinem coeperunt, quippe quem inter secundum et tertium ponendum duco. — Quum milites maxima jura et privilegia hoc tempore haberent, et inter se sodalium more conjuncti essent, militares sequenti tempore ad inferiorem referebantur nobilitatem. Hominum secundi ordinis quam plurimis in regionibus parvus exstitisse videtur nu-

merus. Cf. spec. sax. III. a. 81. et ex iis singuli serius ad superiorem nobilitatem indulgentia regis elati sunt; reliqui vero nobilitatis inferioris partem constituerunt. Ita ergo e militari genere nati et homines secundi ordinis, serius quidem unum in ordinem coaluerunt. Quod autem e speculorum mente non exstitisse paucis demonstrabo. Primo spec. alem. c. 295. p. 29. enarrat res, quas homo e militari genere uxori donum matutinum (Morgengabe) dare possit. Cf. spec. sax. I. a. 20. §. 1. Spec. alem. deinde art. l. ita pergit: „Die Mittelfreyen mögent geben datz tzehen Markch giltet;" auctorem de diversis personis loqui in aprico est. Idem apparet ex spec. alem. c. 54. p. 192. „Und läst ein Layenfürst seinen Dienstmann frey, der geboren ist von Ritterlicher Art, der behebet Mittelfreyen Recht." Natura est manumissionis, ut ea jus superioris ordinis acquiratur. Deinde ut quis plena liberae nativitatis percipiat jura, requirit spec. sax. I. a. 51. §. 3. et jus municip. sax. a. 4. ut quatuor majores (Ahnen) integros demonstrare possit, quod maxime ad homines secundi ordinis pertinet, cf. spec. sax. l. l. §. 4. III. a. 29. §. 1. Militaris vero, ut vidimus, est, qui patrem et avum, vel saltem patrem militem habet, nec ergo ad matrem nec avum maternum respicitur. Quae cum ita sint, homines e genere militari, nisi in secundum civium ordinem adscendebant, quinti clyp. mil. nequaquam participes esse poterant. — Milites non e genere militari ortos nec serius omnibus militaris ordinis et juribus et privilegiis gavisos esse, spec. alem. c. 295. p. 29. probatur, dum ei non id donum matutinum dare licere dicit, quod militaris porrigit, cf. glos. ad jus

feud. sax. a. 2: „Würd ein Bauer Ritter, und begnadet von dem König und gebe er die Ritterschaft und Ritterrecht mit einander, so ärgert der König das Recht. Würd ein Bauer Ritter, domit hält er nicht Rittersart.“ Ceterum glossae vario modo distinguunt milites. Militaris denique sensu lat., quo omnes et secundi et primi ordinis homines significantur, obvenire videtur. Ipsos reges milites creatos, notum est, Scheidt l. l. §. 8. Quum enim ex illis quam plurimi milites fierent, nihil obstare videtur, quominus ipsis militaris nomen concedamus. Corroboratur spec. sax. I. a. 28. §. 2., quo solos homines e militari genere res expeditorias (Herrgeräthe) in heredes transmittere dicit, quum vero hoc hereditatis genus apud omnes secundi et primi ordinis praesto illo sit tempore, latior verbi laudati notio vera videtur.

Gloss. ad jus feud. sax. a. 1. denique „Bannerherren“ mentionem facit, et eos quinto clyp. mil. gavisos esse, dicit. Nomen varias producit notiones. Haltaus sub h. v. Nostro tamen loco eos potissimum significare videtur, qui numerum decem certe vasallorum, a quibus militaria servitia erant exhibenda, habebant. Weisse über die Dynastien, in Schmidt fortges. Beitr. p. 105. Burgermeister biblioth. equest. P. I. p. 59. (Bannerherr) „er habe unter ihme vier Ritter, die seine Lehn Mann seyen.“ Ipsi imprimis in Francogallia occurrebant. Pistorius amoen. jur. L. V. c. 9. Von den Bannerherren.

[2]) Spec. sax. I. a. 3. §. 2. „De scepenbare lüde unde der vreiherren man den veften,“ ultimis verbis deminutio clyp. mil. liberorum dominorum ex-

primitur. Ex eo vero, quod spec. alem. supra l. l. modo scripsit: die mittelfreyen, Gaupp das schlesische Landr. p. 139. not. horum notionem latiorem, quam ad scabinum natorum fuisse, colligit. Quodsi vero in mentem revocas, quae hac de re not. superiore disseruimus, et institutum de clyp mil. deminutione adjicis, et difficile esse dictu, qui sint der „vreienherren man," perpendis, discriminis causa a Gaupp prolata remota videtur.

[3]) In textu nominati praedia non solum feuda acquirebant, sed etiam jurisdictionem cf. §. 6. n. 5.

[4]) Privilegio regis hoc tempore nunquam superior ordo acquirebatur, Eichhorn l. l. §. 340. n. i. „Von Standeserhöhungen, durch welche der Mittelfreie semperfrei werden könnte, weiss das Mittelalter nichts." vid. tamen Klüber de nobilit. cod. §. 13. Jam inde a saec. XIV. fit. Mittermaier Grundsätze §. 54. n. 6. Hinc poëma: der Ritterspiegel inscriptum ap. Kopp Bilder I. p. 14. et 32. seqq. quod haec habet, e seriori medio aevo videtur esse.

„Wan si di manlehin vorlihin
Und di rittermessigin undir en han
Und en helffin zeu erin krigin dan,
So werdin er kindir zeu grafin gemacht,
Daz geschet en von dem riche."

Siquidem quis, ut superiore ex ordine natus sit, contenderet, quod in judicio ei probare licebat, ut patet, neutiquam in superiorem ordinem, quam cui natu est adscriptus, elatus censetur, spec. sax. I. a. 16. Acquisitio melioris ordinis manumissione, cum elatione status a regibus sequenti tempore facta non est comparanda;

illo aevo manumissi melius jus, quam tertii ordinis non adipiscebantur, spec. sax. I. a. 16. Spec. alem. c. 54. p. 192. „Lat ein Herr sein aigen Leuth frey, der behebet frey Land sessen Recht, auch ist zu vermerken, dass er fürbass nicht kommen mag an seiner Freiheit." Ipse quidem ad secundum ordinem non adscendere poterat, ejus vero posteros potuisse, tacite concessum esse videtur. Spectant huc fortasse laudati poëmatis verba:

„Ist also menlich er kindir lebin
Daz sy in den herrin hofe rinhin
Und en sich zeu dienste dan gebin
Und togin zeu vechtin und zeu stritin,
So belenit si der Herre danne
Mit fryguthin di eme sterbin loz;
Also verdin sy der ediln herrin manne.
Werdit darnach er habe etzwaz groz
Und sint er kindir togintsam und fromme
Und dinsthaftig in erin tagen,
So mag ez en wol darzu kommen,
daz si werdin zeu rittern geslagin."

Memoratu dignum est, quod Tacitus in Germania c. 25. hac de re habet: „Liberti non multum supra servos sunt: raro aliquod momentum in domo, nunquam in civitate; exceptis duntaxat iis gentibus, quae regnantur. Ibi enim et supra ingenuos et supra nobiles ascendunt." Simile quid habes ap. Gregorium turon. L. V. c. 49.

s) Permulta sunt scripta de iis, qui vera seu militaria feuda possint constituere, et VV. DD. hac in re dissensus eo maxime, quod inter tempora non satis accurate distinguunt, explicatur. Etsi jure nobilitati quo-

que inferiori illud multi vindicant jus, Klüber de jure nobil. feud. mil. constit. c. 2. et 3, ad sequentia tamen potissimum spectant tempora. Ex mente vero nostr. fontium, qui inter nobilitatem non distinguunt, illud jus luce clarius omnibus secundi civium ordinis competit, dummodo observes, vasallos feudorum militarium capaces esse. Egregie probatur nostro instituto. Nam quinti clyp. mil. participes veros habent vasallos, quibus sextus scilicet clyp. mil. competit. Quod homines secundi civium ordinis seu quinto clyp. mil. pollentes, si non valuissent, veri vasalli sexto in clyp. mil. non adessent. Quum vero ex laudato civium ordine nobilitas inferior maxime sit orta, illud jus serius etiam ei competiisse, perspicitur. Si denique in textu diximus, quinti clyp. mil. homines esse ultimos, qui vera constituere possent feuda, hoc fere voluimus. Si dominus sexto clyp. mil. gaudet, ejus vasallus in septimo e natura instituti est positus, in eo vero erant, qui veri feudi incapaces habebantur, hinc homines sexti clyp. mil. jure feuda militaria constituendi non gaudebant.

§. IX.
DE SEXTO CLYP. MIL.

Inter homines quinti sextique clyp. mil. ac tertii quartique similis intercedit ratio; habent enim illos clyp. mil. ejusdem ordinis cives. Quum vero ministeriales (Dienstmannen) ex regula secundo sint adscripti ordini, feuda sibi comparantes in hoc clyp. mil. positos esse, intelligimus [1]). Ceterum sexti clyp. mil. vasallos arbitramur ultimos, qui feudi veri participes fieri possunt [2]).

---

[1]) Spec. sax. l. a. 3. §. 2. „Ire (de scepenbare lüde) manne vort den sesten" Spec. alem. c. 7. p. 11. „Die Dienstmann den sechsten." Glossa ad jus sax. municip. a. 8. „Den sechsten Heerschild ritterlicher Würdigkeit haben der Freyhern manne mann und heissen Einschiltig leut, darum das sie einfeltig sint an dem Heerschild, das ist an dem ritterlichen Adel." Reliquae glossae fere consentiunt. Qui nostrum institutum ad hodiernos applicant status, hunc clyp. mil. doctoribus jur. tribuunt! — Ministeriales (Dienstmannen) secundum ju

curiae potius, quam jus feudale vixisse, serius vero vel vasallis aequiparatos et illorum munera magistratui (Beamten) sine nexu ministeriali esse tradita, vel illos plane interiisse, notum est. Pristinis temporibus, quibus libertas summum habebatur bonum, liberis omnes, qui non erant liberi, opponebantur nec intererat, qua quis conditione libertate deleta viveret. Ipsa jam eo deleta putabatur, quod quis alteri servitia vel ministeria, quippe quae ex hodierna sentiendi ratione honestissima sunt, praestabat; hinc viri strenui etiam vasallagium inhonestum habebant. — Libertati pro temporis ratione maxime contraria erant servitia non militaria, et qui ea exhibebant, in genere appellabantur ministeriales. Quum prioribus temporibus vitae negotia non tam multiplicia essent et omnibus in ministerialibus una nota cognosceretur, deleta libertas scilicet, neglectis reliquis inter eos discriminibus, uno comprehendebantur nomine. Sequenti aevo plura munera ministerialium in ipsa civitate gravissima facta sunt; cujusnam aliquis esset ministerialis, magni quoad dignitatem erat momenti, eoque admodum varia jura a dominis, quibus haec erat facultas, concessa sunt ministerialibus, hinc cum idem remaneret nomen, sub eo homines maxime discrepantis dignitatis et juris venire, facile est intellectu. Qua de re spec. sax. III. a. 42. §. 2., spec. alem. c. 47. p. 86. et jus feud. sax. a. 67. multis verbis queruntur. Nonnulla tamen inter ministeriales communia invenire licet. Ministeriales enim propriam quidem classem civium ut v. g. clerici, non vero novum nativitate nisum ordinem, etsi eorum liberi nihilominus ministeriales sint, spec. alem. c. 47. p. 86. jus caesar. III. a. 5.

constituebant. Regis et principum ecclesiasticorum ministeriales aequales habebantur, non tamen horum et principum laicorum, spec alem. c. 47. p. 86. Ut in his rebus exceptiones saepissime impedimento sunt, et hic vides. Friedericus II. enim concessit duci brunswicensi Ottoni privilegium, suos ministeriales ministerialibus imperii aequales ducendi. Friederici II. dipl. an. 1235. ap. Meibom script. rer. germ. T. III. p. 207. Omnes vero inde a quarto clyp. mil. ministeriales habere prohibebantur, quamvis servi (Eigene) iis subjecti esse poterant, spec. alem. c. 52. p. 329. 330. quod vero ministerialibus non contingebat, spec. alem. c. 63. p. 114. c. 52. p. 337. Nostri fontes ministeriales et servos re accurate distinguunt et sane multum inter ipsos intererat discriminis, in verbis tamen, hoc loco praecipue spec. sax., sunt faciles. Spec. alem. c. 62. p. 114. „Dienstmann haissent aigen au der Schrift.“ Ex his quidem ministerialium institutum simplex et facile captu est. Difficultates vero eo nascuntur, quod quivis dominus a regula pro lubito, ut fontes ipsi dicunt, recedere poterat. Hinc summa ministerialium varietas, quae in reliquis hujus aevi scriptoribus occurrit, quippe qui singula exempla, prout hic illicve exstiterunt, in medium proferunt, commune vero axioma vel regulam non curant, enata est. Hac ergo potissimum doctrina normam e speculis esse petendam, probatur. E singulis exemplis et exceptionibus, quae ne tales quidem narrantur, vix regula et norma constitui potest, qua de re scriptoribus historicis caute his in juris institutis est utendum. — Quod de ministerialibus non ex instituti ratione scripsimus, quae de iis juris nostri fontes pro

ferunt, videamus quidem, ad VV. DD. varias sententias, v. g. Estor, Glafey, non accedamus. Principum et regis ministeriales, a quibus differunt vasalli et censitici („czinsshaffte lude," jus caes. III. c. 6.) et servi (Eigene), fere omnes e secundo civium ordine geniti sunt. Spec. sax. III. a. 19. cf. II. a. 12. §. 2. III. a. 81. §. 1. Ab hominibus vero illius ordinis eo discrepabant, quod, nisi manumissi, non eadem gaudebant libertate. Quum inde ab exeunte saec. XIII. saepe vasalli et ministerialis discrimen, si nomen excipis, sublatum esset, multique horum servitia militaria praestarent et milites essent, Krantz Metropol. L. III. c. 11. „Ministerialibus, qui soli hodie dici volunt militares." Riccius spicil. p. 181. Hüllmann l. l. T. II. p. 180., non dubito, quin feuda vera acceperint. Quod esse factum, documenta testantur. Cf. Mittermaier l. l. §. 47. n. 11. Eichhorn t. P. R. §. 52. Zachariae hist. feud. nob. quae sunt in dom. pr. elect. sax. adumbr. §. 7. Maxime huc spectat jus caes. L. III., quod de imperii ministerialibus nec aliis vasallis agit et paene jura feudalia illis tribuit. Ministeriales tamen, nisi ex voluntate domini, nova in se officia nec suscipere, nec alius domini vasalli evadere poterant. Justitia Bamberg. minist. ap. Goldast const. imp. T. III. p. 231. „Si beneficium non habuerit ab episcopo, repraesentaverit se in ejus ministerio et beneficium non poterit obtinere." Quae cum ita sint, ministeriales feuda solum a rege et principibus habebant, jus caes. III. a. 8., nam reliqui, nostro sensu, ministeriales sibi constituere non poterant. Sexti clyp. mil. participes erant, propterea, quod e secundo civium ordine quidem nati, ceteris

ejusdem status ob ministerialem conditionem inferiores erant.

Quum vero spec. sax. I. a. 3. sexto clyp. mil quinti vasallos gaudere dicat, de ministerialibus cogitasse nequit, cujus rei causam sufficienten non habeo nisi tunc ministerialibus jus feuda vera acquirendi nondum fuisset. Ex quo tamen non sequitur, liberos secundi ordinis, qui a dominis sibi aequalibus feuda accipiebant, sexto clyp. mil. e mente spec. alem. non gavisos esse. Competebat potius non solum his, sed etiam vasallis e genere militari natis, quemadmodum ex iis, quae ad anteced. §. disseruimus, apparet, et ministerialibus, si habebant feuda.

„Einschildig Mann," quem glossa commemorat, homo e tertio civium ordine progenitus, qui primus suae gentis miles factus est, esse videtur. Ita laudantur: „Vierschildige" Rink de clyp. ratione habend. in feud. alienand. §. 11., qui quatuor ergo habebant majores (Ahnen) milites. Quum Richtsteig Lr. c. 28. p. 47... dicat: si vasallus ab homine unico clypeo ornato (Einschildig) feudum accipit, ille clyp. mil. amittit, unico clyp. ornatus, ultimo absque dubitatione vasallorum ordini era addictus, qua de re unico clypeo ornatum, non in sextum suadente glossa clyp. mil. pono, sed in sept. detrudo.

²) Axioma, quod in textu proposuimus, esse verum, ex iis, quae ad §. 7. n. 5. dedimus, sequitur. Feuda eorum ejusdem generis ac vasallorum praecedenti clyp. mil. erant, neque illorum jura imminuebantur, nuntii curiae feudalis fiebant, jus feud. alem. c. 117. 4. et 5. — Equidem non negaverim, feudis ministerialium quae prius bona erant jure curiae possessa, hic ill...

vestigia prioris nexus inhaesisse, propterea, quod etiam nostris temporibus praedia equestria, quibus interdum incumbit praestatio, ex illo nexu orta, exstant.

§. X.
DE SEPTIMO CLYP. MIL.

Quamvis septem esse clyp. mil. ex fontibus clare cognoscatur, in eo tamen, qui ultimum, de quo jam est disserendum, habeant, non consentiunt. [1]) Eos, nec e secundo civium ordine nec e genere militari esse natos, pro certo habeo; nihilominus tamen sen. l. liberos fuisse arbitror. Competit ergo clyp. mil. septimus iis, qui tertio seu ultimo liberorum ordini [2]) adscripti sunt. Num vero gaudeant jure feudali, ipsi dubitant fontes. Puto, ita esse distinguendum, ut ipsis quidem jus feuda acquirendi (nam ne iis quidem, qui clypeo mil. plane carent, negatur,) concedendum, nec vero jus feudale s. st. seu verum sit tribuendum; maxime tamen hoc loco inter singulos discernendum est fontes. [3])

[1]) Spec. sax. I. a. 3. §. 2. loquitur quidem de septimi clyp. mil. jure, ipsos tamen, qui hoc clyp. mil. gaudeant, non indicat. Idem habes in jur. feud. sax. c. 1. Vet. auct. de ben. c. 1. §. 1. 2. Spec. alem. c 7. p. 11.

profert haec: „Der siebend Heerschild hebt ein jeglicher Mann, der nicht eigen ist, und ein Ehekind ist.“ Jus feud. alem. c. 1. §. 1. „Die Semperleute den siebenden.“ Hos non confundendos esse cum „Semperfreien“ facile est intellectu. Quum vox „semper“ potissimum idem quod „sendbar“ sit, (alii quidem aliter statunt,) et nemo quisquam nisi vir liber et in judiciis et in expeditione militari adhiberi possit, iidem fere „Semperleute“ videntur, atque ii, quos spec. alem. proposuit. Nomen vero inde arbitror derivandum, quod iis imprimis officium incumbebat, ad curiam vasallos citandi, quapropter nuntii (Boten) vocantur, jus feud. alem. c. 117. Electi et jurati nuntii („vrone bode“), quorum imperium in civilibus judiciis satis magnum erat, a spec. sax. saepissime nominati, in jure feudali non adsunt; eorum enim officia hic vel ille vasallorum in se suscipiebat. Maurer Gerichtsv. §. 107. — Excepto jur. feud. alem. l. l., homines septimi clyp. mil. referuntur inter eos, quos fontes jure feudali carentes appellant, jus feud. sax. a. 2. ab init. Quum vero et his dominus feuda conferre posset, libere et legitime nati clyp. mil. participes se haberi studebant. Septimo ergo clyp. mil. gaudebant, qui vero quidem jure feudali carentes, reliquo grege se potiores melioresque habebant; sed non omnes fontes in hoc consentire, hac §. n. 3. videbimus, In expeditionibus bellicis sub nomine militum **gregariorum** obveniunt.

[2]) Spec. alem. c. 48. p. 7. „Das dritt (tertius libertatis ordo) sind, die freygeboren sind, die heissen frey Landsassen. **Der hat ein jeder ihr sonder Recht.**“ Spec. sax. plura horum nomina profert. „Plech-

haste, lantaeten et biergelden" cf. I. a. 2. III. a. 4; Montag l. l. P. II. 155. Maurer l. l. §. 61. 104 Gaupp das schlesische Landr. p. 141. seqq.

[3]) Quodsi accuratius in rem, in textu propositam, inquiris, inter diversa tempora ita distinguendum esse puto, ut aevo spec. sax. nemini revera septimus clyp. mil. sit tributus, quamvis, qui eum sibi arrogarent, non deessent. Id quidem eo probamus, quod nuspiam spec. sax. septimi clyp. mil. participes profert, sed potius l. l. haec habet: „Alse de kristenheit in der sevenden werlt nene stedicheit ne weit, — also ne weit man ok an dem sevenden scilde, of helenrecht oder herschilt heben moge." Huc accedit, quod secundum spec. sax. I. a. 27. clyp. mil. carere atque hominem militarem non esse, idem est. Quum vero ex natura rei et supra dictis, septimo in clyp. mil. positos, nequaquam e secundo civium ordine natos esse posse, appareat, e sensu spec. sax. non agnitum fuisse sept. clyp. mil., rectissime concludi videtur. Idem statuunt vet. auct. de ben., cod. goerlitz. et jus feud. sax., quia de industria modo sex clyp. mil. mentionem, ut sequentia docebunt, faciunt. Sequenti tempore re feudali mutata, sensim eo res pervenit, ut homines tertii civium ordinis, si habebant feuda, ad septimum clyp. mil. recenserentur. Iis, qui huic erant adscripti, cum omnes clyp. mil. sint ordines vasallorum, jus sibi feuda acquirendi, negari non posse, sponte fluit. Num autem verum jus feudale iis competierit, jure quaeritur. Spec. alem. hac de re dubitat c. 7. p. 11. Cum vero ex mente spec. sax. ne ipse quidem adfuerit clyp. mil. septimus, nedum jura vera habuerit feudalia, ei spec. alem. haec

tribuisse, vix crediderim. (Non enim omnes feuda habentes verum jus feudale habuisse, vide §. 13. n.) Huc finis c. 7. spec. alem. pertinet. „Also weiss man nicht, ob der siebend Lehen mög haben oder nicht. — Lehenrecht gibt man dem nicht, der frey vorm siebenden Heerschilt ist. Wenn aber der Herr der einem geleihet, der hat als gut recht daran, als der in dem sechsten Heerschilt stehet, doch zweihet sich ihr Lehenrecht, als das Lehenbuch hernach wohl bescheiden kann." Hic locus duplici modo intelligi potest. Primo iis, qui clyp. mil. carent, ipsa ea in feuda jura tribuit, quae ipsius participes habent, et quidem, quae sexto clyp. mil. competunt. Quod tamen, cum sanae rationi et naturae rei repugnet, (acciperent ii, quibus proprie nulla in feuda adscribuntur jura, non solum paria cum proximis, sed etiam his (sept. clyp.) meliora), atque alia explicandi ratio in promptu sit, equidem verum non habeo. Ex ea ratione enim paria feudorum incapacibus jura in genere cum vasallis sexti clyp. propterea addicit, quod jus feud. s. st. in feuda a vasallis septimi clyp. mil. acquisita non agnoscit; vasalli ergo sexti clyp. mil. iis, qui facultate feuda jure feudali s. st. acquirendi destituti sunt, proximi antecedunt. Si enim e sententia spec. alem. homines septimi clyp. mil. jus feuda vera acquirendi haberent, clyp. mil. carentes, e rerum natura cum vasallis septimi, non sexti clyp. mil. comparasset, cum vero illos vasallis sexti clyp. mil. aequivocet, septimo clyp. mil. jus feudale s. st. non concedere videtur. Posteaquam ergo rem, de qua dubitare liceat, proposuit, jam ipsam negando decidit. Si ergo homines septimi clyp. mil. jus verum feudale

non habuerunt, a reliquis ipso carentibus, eo differebant, quod honore clyp. mil. constituendi fruebantur, et praeter honorem ipsa clyp. mil. jura se assecuturos sperabant, quae ex parte jam habuerunt. Laudatus spec. alem. locus, qui etiam jure feud. alem. c. 1 §. 6. reperitur, cum ceteris hujus fontis art. male cohaerere videtur. A reliquis vero fontibus longe recedit ipsum jus feud. alem, quod post c. 1. ed. Schilter haec proposuit: „Die Künige hant es also gesetzt, wer mit dem siebenden Heerschilte nüt zu tünde habe, der sol lenrechts darben." Reliquae lectiones eo, quod scribae jus feud. alem. saxonico aequiparare voluerunt, ortae videntur. Schilter illud „nüt" male uncis inclusit, e singulis vero locis et omni jur. feud. alem. mente, septimo clyp. mil. jus feud. verum concedendum esse, intelligimus. Jus feud. alem. c. 1. §. 4. „Priester — und alle die nicht semper seind und nicht von ritterlicher Art geboren, die sollen alle Lehnrecht mangeln." Qui ergo „semperleute" sunt, jure feudali vero non carent, attamen ipsi septimo gaudent clyp. mil., ergo septimo clyp. mil. participes vero jure feudali fruuntur. Reliqui vero fontes „semperleute" non commemorant. Porro huc pertinet jus feud. alem. c. 135. §. 2. Ipsum ergo longe mitiorem sententiam quam reliqui fontes proponit, quod etiam in iis, qui clyp. mil. carent, habemus cf. §. 11. n. — De septimo ergo clyp. mil. tres habemus sententias. Spec. sax. et fontes, qui ei adhaerent, septimum clyp. mil. plane mittunt et ignorant, spec. alem. ipsum constituit, nec tamen verum jus feudale ei tribuit quod denique jus feud. alem. facit.

§. XI.

DE ACQUISITIONE CLYP. MIL.

Quum clyp. mil. nexu nitatur feudali, ille cquiritur eo, quod quis huic adscribitur [1]. Hoc vero ita restringendum est, ut homo eo navitatis statu gaudeat, quo, posteaquam in nexum udalem receptus est, clyp. alicujus mil. comos fiat; vel e fontium usu loquendi, ut ad clyp. il. sit natus, requiritur [2]. Qui vero contra l clyp. mil. nati quidem, a feudali autem nexu ieni sunt, ipsi clyp. mil., quoniam est institum feudale, adscripti non putantur. Nemo deique ad omnes clyp. mil. natus habetur. Quemam vero aliquis accipiat clyp. mil., et ordinibus iris civilis et ipsius arbitrio constituitur, ita ut, primo ordine juris civilis progeniti, si regem et rincipes ecclesiasticos excipis, tertium et quarum, e secundo ordine, quintum et sextum et tertio ordine progeniti septimum, si hunc numerare velis, teneant [3].

[1]) Pertinet, ut §. 2. n. 4. docuimus, hominum divisio in clyp. mil. solum ad jus feudale, seu ad personas ibi occurrentes, dominos et vasallos. Cum vero, ut inter omnes constat et historia multis testimoniis probat, non omnes Germani, etiamsi primi et secundi ordinis fuerint, nexu feudali essent imbuti, neque omnibus clyp. mil. competebat. Afferamus nonnulla nostrorum fontium loca, quae positae sententiae obstare videntur, attamen revera non sunt impedimento. Spec. sax. III. a. 72. haec habet verba: „Dat echte kint unde vri behalt sines vader schilt unde nymt sin erve." Multi editores „schilt" pro „Heerschild" accipiunt; sed male. In spec. sax. I. a. 16. eadem verba leguntur, sed pro „schilt" „Recht," sic quoque audiunt in spec. alem. c. 392. p. 22. in distinct. sax. l. c. 13. d. 1., jur. mun. sax a. 3. Deinde jam glossa recte interpretata est: „Schild; das ist sein Zeichen (Wappen) das er pflag zu führen." Nihil aliud ergo, quam legitimum et generatione coaequalem filium patris liberi statum et ordinem retinere, locus noster innuit; ergo „Schild" idem est quod aliis locis „Recht." Attamen si „Schild" pro „Heerschild" declaras, vero repugnans sensus evadit; esset enim idem ac si scripsisset: quivis liber filius patris accipit clyp. mil., quod ita tamen se non habet, quum filius alium quam pater, vel nullum, si feudis abstinet, clyp. mil. gerere possit. Hic locus, historiae insignium (Wappen) potius inserviens, removendus erat. Accedamus ad alium laudato similem locum jur. feud. sax. c. 21. „Der son behalt des vaters schild zu lehnrechte der ime ebenbürtig ist, dieweile her sich mit mannschaft nicht ennidert. Ab der Son in des Vaters stat nicht mann werden

will, darmitte enist sin schild nicht gehöet." cf. jus feud. alem. c. 18. §, 1. „Schild" hoc quidem in fonte habeas pro „Heerschild" quod cum re ipsa, tum eo, quod jus feud. alem. l. l. „hörschild" scripsit, probatur. Sensus hujus loci est: quum ex jure filius in feudum patris succedat, etiam clyp. mil. patris retinet; filium ergo in feudum patris succedentem supponit; firmat ergo nostram regulam, neminem nisi nexu feudali imbutum gaudere clyp. mil. Ultima art. 1. enuntiatio iterum casum subintelligit, quo filius non contentus suo domino, vasallus ejus fieri non vult, sed majorem et nobiliorem petit. Schilter l. l. c. 43. §. 1. (ej. ed.) Adgrediamur porro ad spec. sax. I. a. 27. §. 2. „Jewelk man von ridders art erft ok tvier wegene: dat erve — unde it herwede. — Svelk man von ridders art nicht nis, an deme to stat des herschildes (qui caret clyp. mil.) de let hinder yme — nein herwede." Successio in res expeditorias (Heergeräthe) non ad jus feudale, de qua re nemo facile dubitet, pertinet; hinc vasallorum ordines in clyp. mil. e sana ratione normam de successione in res expeditorias praebere nequeunt; nec fontes aliter statuunt. Habemus enim legem, quemvis e genere militari, (feuda habeat necne, nihil refert), legitimis relinquere heredibus res expeditorias. Qui vero praedicto genere inferiores sunt, hoc jure non gaudent; quod vero verba „an deme to stat des herschildes" addit, rem ipsam non mutat, nam nihil, nisi quod accuratius, qui non e genere militari sint, demonstrat, auctor spec. sax. his verbis vult, neque concludi potest: quia omnes, qui carent clyp. mil. res expeditorias non

transmittunt ad heredes, omnes, qui eum habent, transmittunt, propterea quod etiam alii, sint modo e genere militari, res expeditorias heredibus relinquunt. Hinc nostrae sententiae l. lex non adversatur. Inservit vero maxime illi spec. sax. I. a. 25. §. 4. „Hevet aver he (maritus) sik begeven (in monasterium) ane sines echten wives willen unde irvorderet se yne to senet rechte ut deme levende, sin landrecht hevet he behalten unde nicht sine len, dere he af gestan is; wende en man mut wol sinen herschilt neder legen ane sines wives gelof.“ Cf. spec. alem. c. 266. p. 53. Quae verba clare indicant, eum, qui amiserit feuda, *etiam* clyp. mil. amisisse, si vero feudo amisso clyp. mil. *ne*cessario ademtus est, ipse sola acquisitione feudi comparatur, ergo sine feudo non existit. Ultimo loco spec. alem. c. 7. p. 11. calculus est adjiciendus. Verba sunt haec: „Also weis man nicht ob der siebend (clyp. mil.) Lehen mög haben oder nicht. Der siebend Heerschild hebt ein jeglicher Mann, der nicht eigen ist, und ein Ehekind ist.“ Primo quidem adspectu de civium, non vero vasallorum ordine sermo videtur esse, quod e diametro nostrae esset contrarium sententiae. Quodsi verba: si accipit feudum, seu ejusmodi alia hoc loco supples, omnis res bene sese habet. Laudata vero verba esse addenda, probatur eo, quod fontes nostri saepius, quae illis temporibus erant notissima, omittunt, nec alium l. l. praebere sensum, ex antecedentibus et subsequentibus l. art. perspicitur.

Sed jam de modo ipso, quo acquiritur clyp. mil., pauca dicamus. Quum domini et vasalli notio nec con-

tractu feudali, nec ipsius rei traditione, sed, ut e juris feudalis germanici principiis scimus, peracta investitura feudali impetretur, ea perpetrata acquiritur clyp. mil. Quae si applicamus ad feuda oblata, clyp. mil. nec oblatione rei, nec possessione per annum et diem futuri domini, sed investitura acquiri ipsa intelligitur. Aliter de filiis in patris feudum succedentibus statuendum est, quippe qui ipsa patris morte clyp. mil. compotes fieri videantur. Quod vero jam acquisitum est, denuo, nisi interim amissum sit, nequit, quare renovatio investiturae illo effectu est destituta. Cur vero jure feudali renovatio investiturae exstet, ex historia juris feudalis scimus. Quaeri porro potest, num exspectativarii habeant clyp. mil. Neminem nisi verum dominum vel vasallum clyp. mil. gaudere, perpendendum est. Illi vero non alio jure, quam eo, quod e contractu feudali fluit, gaudent; eorumque jus ei, quo rem futuro domino offerens pollet, affine redditum est. Sed exspectativa feudalis serioribus potius temporibus crebro videtur obvenisse, nostris quidem fontibus unice, ut opinor, in jur. feud. alem. c. 80. commemoratur. Saepius enim fontes investiturae sine rei feudalis praesenti traditione (gelieben Geding), quam VV. DD. eventuali Longobardorum investiturae aequiparant, mentionem faciunt. Jus feud. sax. c. 5. 6. 10. 61. Albrecht v. d. Gewere 1828. p. 288. Quae, quum a propria investitura nihil nisi eo, quod feudi possessio et usus fructus a conditione suspensiva pendet, differat et quum tali modo investito, si feudum domino apertum factum, jus vindicandi competat, jus feud. sax. a. 7. jus feud. alem. a. 78., nec re feudali (Ge-

were hoc loco) ipsa acquisita nova impetretur investitura, talem investituram accipienti statum vasalli et clyp. mil. acquisitionem negari posse, non videtur. Cf. spec. sax. III. a. 75. §. 2. „Len by ires mannes lieve is ire gedinge; na ires mannes dode is it rechte len." — Quamquam in regula clyp. mil. eaedem personae feuda constituendo et acquirendo adipisci possint, rex tamen tantummodo feuda constituere, nec ab aliis acquirere potest. (A qua norma sequenti tempore exceptiones exstitisse, bene quidem scimus). Ex iis vero, quae hactenus de modo clyp. mil. acquirendi diximus, regem nec electione nec coronatione nec unctione clyp. mil. participem factum esse, sed potius eo, quod principibus sceptro et vexillo feuda dedit, seu renovatione agnovit, fluit. Jus feud. alem. c. 146. §. 2. vid. tamen Praun v. d. Heers. l. l. p. 811. „Der Kayser wird von den Churfürsten mit dem ganzen Reich gleichsam investirt." — Propter principes ecclesiasticos vid. spec. sax. III. a. 59., cf. §. 5.

[2]) Qui in possessione clyp. mil. sunt, ita ab adspirantibus ad eum, ut ii, qui feuda habent a feudorum capacibus sunt distinguendi. Jus feud. alem. a. 3. §. 1. Jus feud. sax. c. 2. et c. 149. Distinc. sax. l. c. 5. d. 4. loquuntur ergo jure meritoque de iis, „die zum heerschild geboren sind." Ad clyp. mil. vero nati omnes sunt, qui vero feudo acquisito in aliquem referuntur clyp. mil. Requiruntur ergo, ut quis in clyp mil. recipiatur, duo: sit ad clyp. mil. natus et constituat vel accipiat feudum. Talem jure fontes „vollkommen am Heerschild" appellant, jus feud. sax. a 2. — Exstat regula. „Der herschild kumet von den

vater.“ Rechtst. Lehnr. c. 28. p. 475. Ut ergo sciamus, ad quemnam clyp. mil. aliquis sit natus, de jure et statu patris, non vero matris quaestio est movenda. Habemus spec. sax. I. a. 16. haec verba. „Svart kint is vri unde echt dar behalt it sines vader recht. Is auer die vader oder de muder dinstwif, it kint behalt sogedan recht, als it in geboren is.“ Filius ergo patris liberi, quod ex ultimis maxime verbis apparet, hujus habet statum, nec interest, utrum mater, si libera, nobiliore an inferiore ordine gaudeat. Si vero mater vel pater non est liber, (nam Dienstmann et Eigen apud nostr. auct. saepe iidem sunt), soboles statum inferioris parentis sequitur. Nostra regula etiam probatur spec. sax. III. a. 72. „Dat echte kint unde vri behalt sines vater schilt, unde nymt sin erve unde der muder also, of it ir evenburdich is oder bat geboren.“ Etsi ergo mater libera inferioris quam pater sit status, liberi tamen patris habent jura, nec matris. Cum loco antec. arctissime cohaeret sequens art., qui saepe hoc nexu neglecto male est explicatus. Est hic: §. 1. „Nymt aver en vri scepenbare wif, enen biergelden oder enen lantseten unde wint sie kindere by yme, die ne sint ire nicht evenburdich an bute unde an weregelde, wende sie hebben irs vader recht unde nicht der muder; dar umme ne nemen sie der muder erve nicht, noch nemannes die ire mach von muder halnen is.“ Explicatur exemplo, quod praecedenti art. jam inest: liberi habent statum patris, quantumvis mater sit nobilioris aut ignobilioris conditionis. Requiritur tamen, ut parentes liberi sint, quos „biergelden et lantseten“ secundum spec. sax. I. a. 2 habemus. Spec. alem. c. 58. p. 348. miro

modo nostrum locum mutans, de nobilis et servi adulterio sancit; cap. spec. alem. l. saepe male est intellectum. Spec. sax. I. a. 45. §. 1. „Al ne si en man sime wive nicht evenburdich, he is doch ire vormünde, unde se is sin genotynne, unde trit in sin recht, svenne se in sin bedde gat. Svenne he aver stirft, so is se ledich von sime rechte, unde behalt recht na irer bord; dar umme mut ir vormünde sin ir neste evenbürdige suert mach, unde nicht ires mannes.“ Eundem art. habet spec. alem. c. 322. p. 112. Sed adjicit verba: „Und gewinnen sie kind, die hören zu der ergern Hand.“ Quae regula in spec. sax. non occurrit, et a VV. DD. saepius ad doctrinam servitutis (Leibeigenthum) restringitur. Quisque videt, spec. alem. alii sententiae favere, nec tamen nostram opinionem, quoad spec. sax. infringere; uterque enim fons saepe diversam defendit sententiam. In spec. alem. c. 392. p. 22. leguntur haec: „Ain yeglich chind behaltet seines vatern recht wol, ob es ihm chleich (alii: ehelich) ebenpürtig ist,“ requiritur ergo ut mater ejusdem certe status sit, ac pater. Omnis vis in verbo „ebenpürtig“ est, quod spec. sax. non habet. Normam vero: „das Kind folgt des ärgern Hand,“ etiam inter liberos valere homines ex mente spec. alem. nec meliorem patris statum ad ejus jura accipienda sufficere, optime probat spec. alem. c. 49. p. 115. „Es ist niemand Semperfrey, dann des Vatter und Mutter semperfreyen waren, die von den Mittelfreyen sind gebohren, die sind Mittelfreyen. Und ist doch die Mutter Semperfrey, die Kinder werden Mittelfreyen, und ist der Vatter Semperfrey und die Mutter Mittelfrey, die Kinder werden auch Mittelfreyen.“ Uberius hac de re agere meum non est, ita

vero varias doctorum virorum sententias inter se conciliari posse arbitror. Ex jure ergo sax. liberi, nisi pater ancillam in matrimonium duxerit, illius statum habent, quod tamen eo restringamus, ut matrimonium inter personas primi et secundi, vel secundi et tertii ordinis civium initum sit. — Propter severitatem matrimonii apud Germanos extra hoc progeniti (vid. librneum: Grundsätze des teutsch. Privatr. etc. §. I.) ad clyp. mil., etsi pater ipsum haberet, non erant nati. Quum nullus hac de re fontium et VV. DD. dissensus sit, plura non dicamus. — Ut quis clyp. mil. particeps fieri posset, homo corpore et animo sanus requirebatur. Testis est spec. sax. I. a. 4. Hinc qui ejusmodi vitio natu laborarent, ad clyp. mil. non erant progeniti. — Omnis porro sexus muliebris ad clyp. mil. non est natus, hinc mulieres, etiamsi feuda habeant, nec clyp. mil. nec vero jure feudali fruuntur. Nostri enim fontes, quoad jura mulierum in feuda, jure longobardico severiores sunt; nam nullo modo jus in feuda succedendi iis conceditur, jus feud. sax. a. 21. „Ex en erbet nieman nicht ein len, wenn der vater uffe den sun.“ Jus feud. alem. c. 18. §. 1. et 2. Nec ipsae in heredes transmittunt feuda, spec. sax. III. a. 75. §. 3. Jus feud. alem. c. 103. §. 5. „Von der vrowen mag nyemant len erbent, war sy des hörschilts nit hat.“ Fontes maxime eum casum innuunt, quo maritus uxori dotalitii loco dedit feudum, quod consentiente domino et filiis majorennibus licite fit. Spec. sax. III. a. 75. Jus feud. sax. a. 33. jus feud. alem. c. 36. Feudum dotalitii uxor, mortuo domino, ab eo, cui dominium direct. cedit, ad vitae dies accipit. Jus feud. sax. a. 2. Vivente denique marito uxor in ejusmodi feudo

possessione et usufructu caret, quamvis investitura acceperit. Spec. sax. III. a. 75. Tutor ejus, mortuo ma rito, quae ipsa in feudum praestare non potest, tene tur pro ea exhibere. Quodsi maritus uxorem, qua feudum habet, in matrimonium ducit, ob illud investi turam a domino nanciscitur et vivente uxore iis, qua e fidelitate fluunt, officiis fungitur. Hac via omnia de lentur incommoda, quae mulier, cum careat clyp. mil. patitur, habeat modo clyp. mil. maritus. Jus feud sax. a. 56. 60. 80. Jus feud. alem. a. 103. Quae re in provasallorum historia satis est gravis. — Multi de nique ad clyp. mil. propter civilem statum non sunt nati, cf. praecipue §. 10. n. 3. Huc pertinent *omnes* liberi Germani tertii ordinis civilis, qui non sunt e genere militari. Jus feud. sax. a. 2. „Pfaffen wib dorfere, (Jus feud. alem. a. 1. §. 4. habet: „baur.“ Vet auct. de ben. c. 1. §. 4. „rustici.“ Codex goerlitz. §. 1 „gebure;“ hinc illud „dorfere“ idem, non universitatem vici significat.) Kouflute und alle die rechtes darben oder unrecht geboren sin und alle, die nicht en si von ritters art von vater und von elder vater, die sul Lehnrecht darben,“ seu quod idem est, clyp. mil. care ant. Sub rusticis, qui variis veniunt sub nominibus cf. §. 1(n. 2., non modo hi, qui rustici sensu technico vocantu sed omnes, qui ruri opifices, vel quaecunque alia vit communis negotia tractantes, vivunt, intelliguntur. Homines proprii (Eigene), quamvis non expresse nomina quod ex indole nostrorum fontium facile explicatur, sin dubio clyp. mil. expertes erant. Eichhorn T. 1. §. 33 n. b. Non solum vero rustici, sed etiam mercatores, u fontes dicunt, jure feudali ideoque clyp. mil. sunt de

stituti; nam commercium cum vita militari conjungi nequit. Sub mercatoribus vero non omnes cives (Bürger) intelligendos esse, confirmat Eichhorn l. l. §. 446. n. a. et Zeitschrift f. gesch. RWissensch. P. II. p. 228. Videntur ii esse, qui vel e genere militari non erant, vel, quum militaria negotia non tractarent, e militari descendebant ordine. Sunt vero, qui sine ullo discrimine civibus urbium jus feuda vera acquirendi negent. — Alii denique ad clyp. mil. nati esse possunt, attamen eo, quod clerici et monachi facti, vel infamia notati sunt, facultatem natu tributam amiserunt.

³) In textu prolata vera esse, ex iis, quae de singulis clyp. mil. disseruimus, fluit. Quamquam homo v. g. secundi civium ordinis, si ad nexum feudalem accedit, quintum vel sextum clyp. mil. possit nancisci, nec illo tamen casu clyp. mil. exaltatio, nec hoc deminutio adest, propterea quod prius nullum vere habuit, etsi ad hunc vel illum natus sit. Quod vero nondum adest, nec augeri potest nec minui. Qui eo, quod feudum dat, vel oblatam rem offerenti feudum reddit, nexum feudalem intrat, eum accipit clyp. mil., qui primus ordinis juris civilis, cui adscriptus est, habetur. Hanc vero regulam ita limitandam censeo, ut hac via, etiam qui primo civium ordini sit addictus, superiorem, quam quartum clyp. mil. nancisci non possit. Secundus enim et tertius duntaxat feudis principali dignitate ornatis, quae a rege dantur, acquiritur.

§. XII.
DE MUTATIONE CLYP. MIL.

Hic tantum de iis sermo esse potest, qui aliquem clyp. mil. jam habent, nexui *ergo* feudali insunt. Mutatio clyp. mil., si unum excipis casum, continet illius deminutionem. Deterior redditur ab eo, qui vasallus domini *ejusdem*, vel minoris clyp. mil. fit. [1]) Exaltatur autem clyp. mil. unice tum, quum vasallo cuidam feudum vexillare a rege datur. [2])

---

[1]) Clyp. mil. deminutio primo eo fit, quod feudum jam possidens, a sibi aequali feudum accipit, secundo eo, quod dominus dominium directum in sibi aequalem ita transfert, ut ejus fiat vasallus, illo casu, ı vasallus a diversis dominis habeat feudum, requiritu Clyp. mil. deminutio tertio ita accidere potest, ut domini dominium directum in sese inferiorem transferat, et ip ex hoc recedat nexu. Hic illius vasallorum clyp. mil. dem nuitur. Primo casu clyp. mil. deminutio licita est, si cly

mil. deminuens vasallos non habet, aut eos, qui consentiunt, secundo et tertio casu semper adsunt vasalli, clyp. mil ergo deminutio sine eorum consensu est illicita. De primo casu vid. spec. sax. III. a. 65. §. 2. „Wirt en man sines genoten man, sine bord noch sin lantrecht ne hevet he nicht gekrenket dar mede, sinen herschilt hevet he aver geniederet,“ cf. jus feud. alem. c. 68. §. 4. Spec. alem. c. 8. p. 183. „Das ist als vil gesprochen, die Layfürsten die da sint in dem dritten heerschilt, und wird ir ainer ains layen fürsten man, der sein genozz ist, so hat er den dritten herschilt verloren und vellet in den vierten, und wirt ain freyer herr sines genossen man, der ist in dem vierden herschilt und vellet in den fünften und wirt ain mittelfrey seines genossen man, der da in dem sechsten herschilt ist, und so vellet er in den siebenden.“ Cf. cod. jur. alem. e bibl. caes. c. 121. „Und also vallet der mitlere vrie uz dem funften in den sechsten und also vallet der dienstmann uz dem sechsten in den siebenden.“ Fontes modo casus mentionem faciunt, quo quis in proximum descendat clyp. mil.; poteratne ergo aliquis per plures descendere clyp. mil., verb. c. e tertio in quintum? — Jus feud. sax. c. 27. 56. „Swenne der herre sinen Schild mit manschaft („per homagium“ vers.) niedert, alle siner manne len hat er verloren, die sein sin (verba: die sein sin, omittit jus feud. alem. c. 68. §. 1. ut ceteri fontes, qui hunc habeant locum), daz sin eigen nicht en ist, und die man suln ihr gut vor deme obersten herrn entfahn, oder sal sie wissen an ihres herren genoz,“ cf. jus feud. alem a. 61. §. 1. Vet. auct. de ben. c. 1. §. 124. 126. Concord. cod. görliz.

c. 1. §. 22. p. 25. Richtsteig Lehnrecht c. 24 p. 455. Bruchstück eines alten Rechtsbuchs ap. Spangenberg. Beiträge zu den teutschen Rechten des Mittelalters 1822. c. 399. p. 226. Jus feud. alem. c. 68 §. 2. haec verba loco superiori adjicit: „Und weiset er sy nydrer, so emphahen sy das gut mit recht von dem oberen herrn." Pergit jus feud. sax. c. 56. „Daz selbe tu der man ab sin herre sin gut niederet und ez von eime niederen herrn entphet denne erz ee hatte" cf. cum initio hujus art. Bruchstücke im alt. R. c. 399. p. 226. Vet. auct. de ben. c. 1. §. 125. cod. goerliz. c. 1. §. 22. Quae verba cum initio l c. 56. conjuncta bonum praebent sensum, distinguitur enim inter feudum datum et oblatum, atque domini deminutionem clyp. mil. in utroque casu utrumque exhibere effectum, c. 56. dicit. (Finem vero hujus cap. corruptum habeo.) Supra laudatis locis jur. feud. sax. c. 56. duplex inesse videtur casus. I. Subdominus dominium direct. accipit a sibi aequali, jam ejus priores vasalli in minorem detruduntur clyp. mil. II. Dominus obinfeudat dominium direct. sibi aequali eoque clyp. mil. minuit, jam vasalli quos habet, aeque atque illo casu minorem acquirunt clyp. mil. Quod vero ne fiat, sanciunt fontes, ut vasalli ab alio domino, priori domino prius clyp. mil. deteriorem reddiderat, pari, feudum accipiant. Exceptio vero eo casu ex rei natura adest, quo clyp. mil. deminutione ex parte domini, vasallorum clyp. mil. non minuitur; ut si dominus tertium clyp mil. habuisset, vasallus vero quintum. — Obinfeudatio eo solum casu est licita, quo dominus se superioris fit vasallus, et simili modo solum ab eo, qui se superior est, alia feuda, si jam vasallos habet, acquirer

potest. Rau diss. de super. inferioris vasallo, p. 5. exemplum profert „baronis de Lanstein, qui, cum ab aequali Czenckone de Lipa feudum consecutus esset, beneficii in manus domini resignationem sibi non sufficere, sed potius restitutione regia in pristinum statum adhuc opus esse crederet." De tertio casu a nobis supra proposito agit jus feud. alem. a. 8. a. 9. §. 2. „Ob aber der herre das gut (dominium directum) aufgiebt seinem herrn, oder ob ers verkaufft und aufgibt, an der Stund sol das gut der man emphahen, ob er es nicht gewer hat und sol es ervorderen an wen in sein herre weiset der als erbar sey als er. §. 3. Und weiset in anders das wägert wol der mann." cf. jus feud. sax. a. 50. Kopp teut. Lehnspr. T. II. 2. p. 12. adjicit duo diplomata Leopold I. an. 1671. an. 1675. quibus vetus consuetudo, vasallos in minorem dominum non transmittendi, abrogatur. Vetus jus vero servatur in Preusisch. L. R. P. I. T. 18. §. 182. Badis. Lehnsed. §. 24.— Male intelligunt doctrinam de clyp. mil. deminutione Strum diss. de benef. urbano. §. 18. et Montag l. l. P. II. p. 591. seqq. Hac quoque in re VV. DD. jus longob. et germ. saepe commiscebant, cf. Boehmer pr. jur. feud. §. 209. n. a. — E rigore quidem nostri instituti et ex ipsis fontibus, princeps quoque laicus in quartum clyp. mil., si a sibi aequali feudum accipit, descendit, id vero ob dignitatem a rege ipso acceptam non esse factum, censeo, certe curasse principem, ut hoc evitaret, quod, ut mihi videtur, aliquem sibi substituendo fieri potuisset. Hüllmann l. l. P. II. p. 105. dicit, laudatum casum privata principum jura spectare, et iis publica non mutari.

[2]) Jus feud. sax. a. 21. „Ez erhöt nicht des man-

nes schilt, denne vanlen ab ime daz geligen wird." Jus feud. alem. a. 18. §. 1. Fontes supponunt casum, quo nexu feudali imbuto feudum vexillare a rege conceditur, ita, ut tertium eo accipiat clyp. mil. Multa certe exempla in promptu non sunt, quibus, vasallum e secundo ordine civium natum, feudum vexillare accepisse, probatur, Eichhorn l. l. §. 340. n. i.; qua de re ad vasallum quarti clyp. mil. illam ram pertinere, statuo. Quovis vero alio feudo ab ipso imo rege concesso, clyp. mil. vasalli non exaltatur, ut e prioribus apparet; feuda vexillaria sunt hoc loco principalia.

§. XIII.
DE EFFECTU CLYP. MIL. IN JURE FEUDALI.

Etsi, ut vasallorum dignitas et honor consignaretur, clyp. mil. institutum imprimis introductum esse videatur, ipso tamen, in quem dominus dominium directum licite transferre, et quis alterius possit esse vasallus [1]); quem quis clyp. mil., hujus vel illius factus vasallus, accipiat [2]), et quoties res feudalis possit subinfeudari [3]), praescriptum est. Jure civili, ut notum, multum in disparagii, tutelae, hereditatis et aliis doctrinis generationis coaequalitas valet. Num eundem in jure feudali clyp. mil. producant effectum quaerenti, non ita videri, respondeo. Tutor enim feudalis partim erat simul allodialis, partim specialis, maxime dominus vel aliquis ex ipsius vasallis; ut vero aliquis tutor esse possit, eundem ac pupilli clyp. mil. requiri, fontes certe non dicunt. [4]) Clyp. mil. participes in

in curiis parium in omnes, exceptis principibus feudo vexillari sen. st. ornatis, sententias poterant ferre, ne in hac quidem re juris feudalis, ut sententiam ferentes cum reo eundem habeant clyp. mil., postulatur. [5]) Nec denique, si ex filiis in feudum paternum succedentibus alter inferioris clyp. mil. altero pollet, impedimento est. [6]) Magnum vero discrimen inter clyp. mil. gaudentes et eo carentes intercedit. [7])

---

[1]) Cf. §. 11. n. 3.

[2]) Cf. §. 12. n. 1.

[3]) Subinfendationem nostro cum instituto accurate cohaerere, et eo declaratur, quod tot commemorantur in fontibus subinfeudationes, quot sunt clyp. mil. Jus feud. sax. c. 27. Jus feud. alem. a. 22. §. 2. „Und von hand zu hand als mannig hoerschild ist, als offt leyhet ein herre dem andern leyhen uncz in die sybende hande.“ Contra vero vet. auct. de ben. c. 2 §. 69. et cod. goerliz. §. 27., feudum usque in sextam manum, seu clyp. mil. subinfeudari posse, proponunt; cf. §. 10. n. 3. Ceterum facile intellectu est, verba l. „es mag — hande,“ ita esse accipienda, ut inde a rege, non vero a quovis domino, qui feudum constituit et v. g. quartum habet clyp. mil., usque ad sextam vel septimam manum jus subinfeudandi sit licitum, jus feud. sax. c. 27. „Asse manic schild als von dem Konge nederwart also manic“ etc. Sequentibus temporibus jure feud. longob. recepto, quod subinfeudationem in infi-

nitum permittit, II. f. 34. §. 3., instituto clyp. mil. deleto, etiam illud juris feud. german. praeceptum neglectum est. Praeterea ad quamvis subinfeudationem domini consensus jure feudali germanico erat necessarius. Jus feud. sax. c. 62. Jus feud. alem. a. 8. a. 68. §. 3. (Locus, quem miro modo jus feud. sax. c. 55. mutavit.) Aliter statuit jus longobardic. I. f. 3. §. 1., II. f. 34. §. 3. VV. DD. utrumque jus commiscendo, saepe dissentiunt.

[4]) Jus feud. sax. c. 28. Jus feud. alem. a. 27. §. 2. 3. Spec. sax. 1. a. 23. cf. tamen glossam jur. feud. sax. ad. c. 26. „Ob das kind den Heerschilt wandelt, so hat die vormundschaft ein end."

[5]) Jus feud. alem. c. 143. §. 6. „Ueber fürsten und über ander herren die v a n e n l e h e n habent, mag nyeman fursprech gesein noch urteyl vinden in lehenrecht, vann der auch eyn fürst ist, oder vanenlehen hat. Und hat eyn herre vanenlehen, der ist wol gezüge in lehenrechten über einen fürsten." Richtst. Lehnr. c. 4. „So wetet ock dat hir wol ordel vinden mot ein yslick man de vulkomen is an dem herschilde over v o r s t e n und over vryen vor ereme und sineme heren, o n e o v e r d e r v o r s t e n v a e n l e n." In judiciis civilibus habes idem; qui vocantur schöffenbarfreie in omnes exceptis principibus sententias ferunt. Spec. sax. II. a. 12. §. 2. III. a. 55. §. 1. „Over der vorsten lif unde ire gesunt, ne mut neman richtere sin, wan die koning." cf. spec. alem. c. 25. p. 165. Multi quidem quoad pares curiae contrarium statuunt, v. g. M a s c o v de paribus curiae §. 7. Nostri fontes ubique commemorant „die Männer" nec eos certi ordinis seu clyp. mil. debere esse, declarant. Falsa, ut videtur, opinio eo maxime

clyp. mil., excipis feuda, ipsorum incapaces reliqua voluntate domini acquirere possunt, nec interest, utrum feuda sint vera an non vera. Errant igitur, qui secundum jus feudale germanicum militaribus inferiores feuda, quae vocant nobilia seu potius militaria accipere non potuisse, putant. Jus feud. sax. c. 2. „Welch h'·re doch dirre eime gut liet, von dem haben sie Lehnrecht." Nec ad feuda impropria l. c. respicit. Quae cum ita sint, ne quis prius laudatam regulam nos funditus tollere, existimet, discrimina sane inter hos et illos feudorum possessores statuimus. Jure vero longobardico recepto, ea discrimina maxime negligebantur, et e genere militari non nati, e lege et consuetudine, feuda acquirere poterant. Saepius tamen juris germanici vestigia hac in re hic illic remanserunt.

Inter jura, quae capaces et incapaces habent in feuda, esse discrimina, ipsi dicunt fontes. Spec. alem. c. 7. p. 11. „Doch zweyet sich ihr (clyp. mil. capacis et incapacis) Lehnrecht, als das Lehen Buch hernach wohl bescheiden kann." Gloss. ad jus feud. sax. c. 2. Quod incapaces accipiunt feuda, „das geschieht allein von geschicht und der that und nicht von recht." Discrimina, quae intercedunt haec habemus.

a) Quamvis, ut notum est, pater secundum nostros fontes feudum in filium transmittat, id tamen clyp. mil. carentibus, feuda vero habentibus, minime contingit. Jus feud. sax. c. 2. — „Und erben ez an ire kindere nicht, und darben selbe der volge an einem andern herrn." Richtsteig Lehnr. a. 22. Omnia ergo haec feuda erant tantum personalia, et inde impropria. Ut plura saxonici juris capita, jur. feud. alem

mitigaverat, ita et in hoc evenit, nam dicit c. 1. §. 6. „Und erbent (clyp. mil. incapaces) die den an ire kind." Sequenti tempore in omni Germania praevalebat haec lex. Schilter l. l. ad c. 1. §. 18.

b) Cum jure in feudum succedendi cohaeret jus, feudum, maxime post mortem domini ab ejus successore accipiendi. Si vasallis vero non datur successio in feudum, ergo personale est, jus, feudum a successore domini accipiendi, non magni est momenti, nec ante dominum vasallo mortuo e rei natura exerceri potest. Hinc uno non concesso, alterum quoque negatur, quod exstat in jur. feud. sax. c. 2. Quamvis vero jus feud. alem. jus succedendi det, illud tamen jus abnegat. a. 159. §. 1. „Dem lehen mag er nicht folgen an einen andern hern." Cum jure sax. in utroque casu consentit vet. auct. de ben. c. 1. §. 5. et cod. görliz. c. 1. §. 1.

c) Jus testimonium ferendi in causis feudalibus privilegium erat vasallorum. Prout vero in jure civili homines v. g. infamia notati occurrunt, qui hoc jure non fruuntur, ita omnes clyp. mil. carentes, quamvis feuda habeant, testes, nisi in causis sui domini, rejiciuntur. Jus feud. sax. a. 2. „Von gezuge mac man sie verlegen in Lenrechte und urteil zu vindene alle die des herschildes darben. Ir herre aber von deme sie len haben, der muz iren gezuk liden und urteil finden, und en mac sie uffe niemanne gewizen." Vet. auct. de ben. c. 1. §. 6. cod. görliz. §. 1. jus feud. alem. c. 2. Richtst. lehnr. c. 13. p. 422. Reliquos quoque facultate testimonium ferendi carentes l. l. invenis.

d) Qui testis esse non potest, minime ad sen-

tentiam in curia parium ferendam admittitur. Hin de hoc jure omni ex parte idem, quod de facultat testimonium ferendi proposuimus, est statuendum. Ju feud. sax. l. l. Vet. auct. de ben. l. l. Cod. görliz. l. l Jus feud. alem. c. 1. §. 7. Richtst. Lr. c. 4. Contr clyp. mil. carens, sententiam ab homine clyp. mil. or nato latam, reprobare nequit. Richtst. Lr. c. 27. p. 468. Memoratu tamen dignum videtur jur. feud. alem. a. 83. §. 1. „Wer eines Herren lehenmann ist, ein fursprech mag e wol sein und urteyl mag er wol erfinden an lehenrecht. Und ob er hörschiltes nicht en hat." Nisi haec verba eo restringere velis, ut sententiam modo coram domino suo ferre possit, repugnant supra l. l. Eodem vero modo, quo in spec. alem. capita singula bis obveniunt, quae sibi obstare videntur, res sese etiam in jure feud. alem. habet. Hinc forte a. 83. ad recentiorem usum respicit; hoc eo probatur, quod legitur a. 16. §. 1. „Der herre sol nymant manchafft versprechen, on des der des hörschiltes bedarbet, leihet ern aber allso dem ein gut, er het als dei der den hörschilt füret und hat söliche recht al hiervor an dem lehenbuch stet." Attamen discrimin adesse, e claris prioribus artt. jur. feud. alem. appare

e) Si equestre feudum accipit homo non milita ris ordinis, nec contractu immutata sunt servitia mili taria, haec vel alius pro eo exhibet, vel ipse adoha solvit, quod de mulieribus et clericis expresse san jus feud. alem. a. 59.

f) Dominus clyp. mil. compos nequaquam, feudum illo carentibus concedat, cogi potest; spe alem. c. 7. p. 11. Jus feud. sax. a. 2. Jus feud. ale c. 1. §. 6; contra vero clyp. mil. destituto, id face

minime licebat. Jus feud. sax. a. 2. „Swilch man zu me herschilde nicht geborn en ist, der en mac nicht weigern gut zu lihene deme der des herschildes darbet und en mac nie cheinen sinen herren verlegen ab her en in volgen sal dennoch der des herschuldes nicht en hat." Jus feud. alem. a. 16.

Eos vero, qui jam e rei natura et consuetudine nullo modo feuda habere possint, maxime imperii proscriptos, infamia notatos ob crimen commissum, monachos et judaeos fuisse puto. E praecedentibus militaria feuda non militares non nisi ex domini voluntate acquirere potuisse, colligimus; in quibus, si habebant, non omnibus vasallorum juribus fruebantur. Hert de feud. nob. c. 4. §. 7. Hac ergo ex parte feudorum jura erant personalia, non realia. Num vero ejusmodi vasalli jura et privilegia rei feudali inhaerentia acceperint, numque militares et serius nobiles praedia non militaria nacti, in haec nobilium praediorum jura et privilegia transtulerint, alia est quaestio. Illa quidem affirmanda, haec neganda est. Eichhorn t. Pr. §. 287. Mittermaier l. l. §. 421. Exstant sane VV. DD. libri contrarium statuentes, atque prioribus aevis hic illic a regula exceptiones obvenisse, potest probari. Hert. l. l. c. 4. §. 6. ordini teutonico in ducatu bremensi hoc privilegium vindicat. Zachariae hist. feud. nob. sax. adumb. §. 7.

§. XIV.
DE AMISSIONE CLYP. MIL.

Quum nemo, nisi nexu feudali imbutus clyp. mil. particeps esset, dominio *feudi* directo vel utili amisso, hic quoque amissus censendus est. Poterat vero, ut nostris temporibus, utrumque aut ex voluntate [1]) aut contra voluntatem amitti [2]); ultimo vero casu jura, quae ad clyp. mil. nato competunt, saepissime non servantur [3]). Denique is clyp. mil. perdit, qui feudum nactus est ab eo, cui clyp. mil. nc competit [4]).

[1]) Jus feud. alem. a. 6. §. 1.

[2]) Spec. sax. I. a. 38. §. 2. I. a. §. 40. III. a. 8 §. 2. Jus feud. alem. a. 61. §. 8. 10. Jus caes. III. a.

[3]) Exempla sunt haec: si quis monasterium i rat, spec. sax. I. a. 25. Si quis propter crimen co missum infamis fit. Si quis imperii proscriptione afficit

[4]) Richtst. Lr. c. 28. p. 476.

Index rerum.